GERARDO DE AUGSBURGO

Vida de san Ulrico

Vita S. Udalrici

SABBATISMUS

Gerardo de Augsburgo (fl. c. 972–993)
Vita S. Udalrici · Vida de san Ulrico

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

Vida de san Ulrico 7
I 9
II 15
III 19
IV 23
V 29
VI 31
VII 35
VIII 35
IX 37
X 45
XI 49
XII 51
XIII 57
XIV 59
XV 63
XVI 65
XVII 67
XVIII 69
XIX 69
XX 71
XXI 73
XXII 73
XXIII 75
XXIV 79
XXV 81
XXVI 83
XXVII 87
XXVIII 89
XXVIII 95
Milagros de san Ulrico 107
II 107
III 109
IV 109
V 109
VI 111
VII 111
VIII 111
IX 113
X 113
XI 113
XII 115
XIII 115
XIV 117

XV 117
XVI 117
XVII 119
XVIII 119
XIX 119
XX 121
XXI 121
XXII 123
XXIII 123
XXIV 123
XXV 125
XXVI 127
XXVII 127
XXVIII 127
XXIX 129
Epílogo 131

Vita S. Udalrici

Aures plurimorum cum fama miraculorum Christi, quae per servum suum sanctum Udalricum in honorem suae sanctissimae genitricis Mariae fieri concessit, frequentissime pulsaret, et adhuc mentes eorum dubitatio occuparet, missis ad me legatis rerum veritates ex meis responsionibus cognoscere cupiebant, rogantes me ut ea quae ego inveritate scire potuissem, lucida descriptione eis manifestarem. Cumque interrogantium tanta pluritas me undique interrogationibus cinxisset, ut omnibus singulariter responsa scriptis dare non posse aestimarem, cogitare tacitus coepi intra memetipsum, ut cum tacita experientia experiri studuissem originem ortus ejus, ut, descripto ejus ortu, vitam subsequentem et obitum veraci relatu interrogantibus et legere volentibus omnibus in commune facere potuissem, non meis antecedentibus meritis confidens, nec sagacitati mentis meae, sed in Dei misericordiam omnipotentis sperans, qui dixit: « Aperi os tuum, et ego adimplebo illud; » ut per merita praefati episcopi irrigatione Spiritus sancti et divini ignis fervore sensum meum dirigere dignetur, ut id quod ad cogitandum mihi inspiravit, ad perficiendum vires non subtrahat, nisi praedestinata animo idonea taxatione edere concedat, ut diligentibus Deum exempla aedificationis anteponant, et Dei praecepta spernentibus conversionis emolumentum, vel damnationis interminationem adaugeant. Ista pro certo in amore Christi legentibus, auxilium Dei omnipotentis adesse confidimus, ut per servum suum sint in isto saeculo freti, et, eo juvante, fiant ad aeterna gaudia perducti.

Oportet imprimis ne reticeamus tanti talisque viri, Spiritu sancto juvante, nominis interpretationem. Theutica itaque lingua haereditas a proavis derelicta Altuodal dicitur, Ric divitias sonat, ideo non incongrue Vodalricus a paterna haereditate dives interpretari potest, nam aeterni Patris haereditate ditatus floruit, de quo Patre quotidie in oratione nostra dicimus: « Pater noster, qui es in coelis, » etc. Ad cujus haereditatis sanctus Paulus possessionem in Dei voluntate perseverantes consolatur, dicens: Haeredes quidem Dei, cohaeredes autem Christi; de qua etiam haereditate scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quae praeparavit Deus diligentibus se; cujus compendio non solum sibimet fruitur, verum etiam plurimos multimodis beneficiorum consolationibus in hac peregrinatione vivens traxit, multimodis juvaminibus et continuis miraculis ad hanc introducet, sicut in sequentibus reperitur.

Vida de san Ulrico

Como la fama de los milagros de Cristo, que él quiso obrar por medio de su siervo san Ulrico en honor de su santísima Madre María, llamaba muy a menudo a los oídos de muchos, y la duda ocupaba todavía sus mentes, me enviaron mensajeros deseosos de conocer por mis respuestas la verdad de los hechos, y me rogaron que les expusiera en una relación clara lo que yo hubiera podido saber con verdad. Y como tan gran número de preguntadores me había cercado por todas partes con sus preguntas que juzgué no poder dar a cada uno por separado una respuesta escrita, comencé a pensar en silencio dentro de mí cómo, tras indagar con callada diligencia el origen de su nacimiento, podría, descrito su nacimiento, ofrecer en común a todos los que preguntaban y querían leer una relación verídica de la vida que siguió y de su muerte; sin confiar en méritos míos precedentes ni en la agudeza de mi entendimiento, sino esperando en la misericordia de Dios omnipotente, que dijo: Abre tu boca, y yo la llenaré (Sal 81,11); para que por los méritos del dicho obispo se digne dirigir mi entendimiento con el riego del Espíritu Santo y el fervor del fuego divino, de modo que quien me inspiró concebirlo no me retire las fuerzas para acabarlo, sino que me conceda dar a luz en la medida conveniente lo que tenía destinado en el ánimo; y así estas páginas pongan ejemplos de edificación ante los que aman a Dios, y acrecienten para los que desprecian los preceptos de Dios el provecho de la conversión o la amenaza de la condenación. Confiamos, ciertamente, en que el auxilio de Dios omnipotente asiste a quienes leen estas cosas en el amor de Cristo, para que por medio de su siervo hallen apoyo en este siglo y, con su ayuda, sean conducidos a los gozos eternos.

Ante todo, con la ayuda del Espíritu Santo, no conviene callar el significado del nombre de un varón tan grande y tan excelente. En lengua teutónica la herencia dejada por los antepasados se llama «Altuodal», y «Ric» significa riquezas; por eso Vodalrico puede interpretarse con razón como «rico por la herencia paterna», pues floreció enriquecido con la herencia del Padre eterno, de quien decimos cada día en nuestra oración: Padre nuestro, que estás en los cielos (Mt 6,9), etcétera. A la posesión de esta herencia alienta san Pablo a los que perseveran en la voluntad de Dios, diciendo: Herederos de Dios y coherederos de Cristo (Rom 8,17); y de esta herencia también está escrito: Lo que el ojo no vio, ni el oído oyó, ni subió al corazón del hombre, lo que Dios preparó para los que le aman (1 Cor 2,9). De su fruto no solo goza él mismo, sino que, mientras vivió en esta peregrinación, atrajo a muchísimos con múltiples consuelos de sus beneficios, y con múltiples auxilios y continuos milagros los introducirá en ella, como se verá en lo que sigue.

I

Beatae igitur memoriae sanctus Udalricus excelsa prosapia Alamannorum ex religiosis et nobilibus parentibus ortus, patre scilicet Hupaldo et matre Thetpirga nuncupata; qui solito more lactatus, et summo studio nutritus, quamvis statura corpusculi elegans, tali tamen macilentia confectus erat, ut nutritoribus verecundia esset si aliquis ignotorum faciem ejus inspexisset. Mirantibus vero patre et matre quare tanta tenuitate et informitate corporis occuparetur, et saepe inde cogitantibus, hebdomada interim duodecima ejus nativitatis quidam ignotus clericus, casu adveniens, supplicabat ut ab eis aliquot dies in hospitium reciperetur; qui benigue susceptus, et cum eis in atrio domus suae hora refectionis sedens, audiebat in cubiculo infantulum vagientem, sciscitabatur quis aut cujus esset, prae pudore vero maciei, illis nolentibus indicare, dixit: « Si salvum illum esse cupiatis, celeriter ablactetur. » Qui parvipendentes ejus locutionem, eum lacti non subduxerunt. Altero vero die eum audiens, iterum dixit: « Quare non fecistis secundum consilium meum? » Qui adhuc contemnentes ejus consilium non crediderunt ei. Tertia autem die, audiens vagitum ejus infirmiorem quam antea, dicebat ad eos: « Pro incuria vestra perditioni traditur infantulus iste; pro certo sciatis quia, si uberibus non subtrahitur, in ista nocte morietur; si autem subtractus, salvabitur; in posterum a Domino aliquid magnum in eo manifestabitur. » Tunc demum ei obtemperantes aliis eum escis sustentare coeperunt. Qui statim recreatus, de die in diem proficiens, talem corporis formositatem accepit, ut ipsi sui parentes gratantes eum intuerentur, et aliis ostenderent. Qui laudantes Dominum die nocteque pro sospitate pueri, et pro eo quod talem ad eos direxit hospitem qui istius rei discretionem cognoscebat, et illis innotescebat. De praeteritis ergo futura credentes, tractaverunt ubi vitam religiosissimam et docendi studiosissimam invenire potuissent, acceptoque consilio commendaverunt eum ad Sancti Galli monasterium, quia ibi nobilium Dei servorum multitudo, et religiositas discendi docendique studium tunc temporis habebatur. Commendatus vero cuidam religioso viro grammaticae artis edocto, Waning nuncupato, a quo bene procuratus quotidianam religionis atque lectionis doctrinam accepit, et in intimis sui cordis inseruit, adeo ut paulatim fratres in eo doctrinae fructificationem nimis proficere sentirent, et ob hoc eum in suae fraternitatis consortium flagitando assumere conarentur.

Horum itaque petitionibus saepe commonitus, inducias respondendi postulavit. Tunc itaque ad quamdam ibi commorantem inclusam Wiberat nominatam, consilium quaerendo, accessit; quae respondens, dixit ei: « Post triduum ad me veniens, si Deo placet, meum poteris animadvertere consilium. » Inde, illo recedente, ipsa devotae orationis studio Dominum flagitabat ut, statuto die, certi veracisque consilii indicium sibi manifestare potuisset.

I

San Ulrico, pues, de feliz memoria, nació de la excelsa estirpe de los alamanes, de padres piadosos y nobles: su padre se llamaba Hupaldo y su madre Dietpirga. Fue amamantado de la manera acostumbrada y criado con el mayor esmero; pero, aunque su cuerpecito era de talla bien proporcionada, estaba tan consumido por la flaqueza que sus nodrizas se avergonzaban si algún extraño le miraba el rostro. Su padre y su madre se preguntaban por qué padecía tanta delgadez y deformidad del cuerpo, y lo pensaban a menudo; entretanto, en la duodécima semana después de su nacimiento, llegó por casualidad un clérigo desconocido y les suplicó que lo recibieran como huésped algunos días. Fue acogido con benignidad, y estando sentado con ellos a la hora de la comida en la sala de su casa, oyó llorar al niñito en una alcoba y preguntó quién era o de quién; y como ellos, avergonzados de su flaqueza, no querían decírselo, dijo: «Si queréis que viva, destetadlo cuanto antes.» Ellos tuvieron en poco sus palabras y no apartaron al niño de la leche. Al día siguiente, al oírlo de nuevo, dijo otra vez: «¿Por qué no habéis hecho lo que os aconsejé?» Ellos, despreciando todavía su consejo, no le creyeron. Pero al tercer día, oyendo su llanto más débil que antes, les dijo: «Por vuestra negligencia este niñito está siendo entregado a la muerte. Sabed con certeza que, si no lo apartáis del pecho, morirá esta misma noche; pero si lo apartáis, se salvará, y en adelante el Señor mostrará en él algo grande.» Entonces, por fin, le obedecieron y comenzaron a sustentarlo con otros alimentos. Al punto se recobró y, medrando de día en día, adquirió tal hermosura de cuerpo que sus mismos padres lo contemplaban con gozo y lo mostraban a otros. Alababan al Señor día y noche por la salud del niño y porque les había enviado tal huésped, que conocía el remedio de aquel mal y se lo había dado a conocer. Juzgando por lo pasado lo que había de venir, deliberaron dónde podrían encontrar una vida muy religiosa y muy dedicada a la enseñanza, y, tomado consejo, lo encomendaron al monasterio de San Galo, porque había allí en aquel tiempo una multitud de nobles siervos de Dios, y la religión y el afán de aprender y de enseñar. Fue confiado a un varón religioso, instruido en el arte de la gramática, llamado Waning, bajo cuyo buen cuidado recibió cada día enseñanza de religión y de lectura y la plantó en lo íntimo de su corazón, de tal modo que poco a poco los hermanos advirtieron cuánto crecía en él el fruto de la doctrina, y por eso procuraban con insistencia recibirlo en la comunidad de su hermandad.

Instado a menudo por sus ruegos, pidió un plazo para responder. Entonces fue a pedir consejo a una reclusa que vivía allí, llamada Wiborada; ella le respondió: «Vuelve a verme dentro de tres días y, si Dios quiere, podrás conocer mi consejo.» Cuando él se hubo marchado, ella suplicaba al Señor con devota oración que el día señalado pudiera manifestarle la señal de un consejo cierto y verdadero.

Cumque ille, responsum accepturus, advenisset, dixit illi: « Ultra haesitatio tuam non occupet mentem, quia istius coenobii spiritualis pater a Deo decretus ad regendum nullo modo constitueris; sed in orientali parte, ubi quidam fluvius duas dividit regiones, in futurum episcopali ministerio Deo militare debebis, et in eodem loco multa talia perpessurus es laboriosa, qualia nunquam antecessores tui sustinuerunt a paganis et malis Christianis, quae tamen omnia, Deo juvante, in ultimis decentissime superabis; » haec audita secretissimis fratribus intimavit, et eorum suasionem suavi colloquio mitigavit, totamque spem pristinae destinationis in sua mente deposuit; et ob hoc tamen discendi studium non omisit, sed inibi cum omnibus charitative versabatur; donec, congruo tempore, duplicis sagina scientiae ac religionis repletus, communi omnium oratione consolatus, et fraternitatis amore fretus, parentes suos amative dimissus revisitavit.

Qui tunc, sapienti capto consilio, eum praesulis Augustensis Ecclesiae Adalberonis dominio subdiderunt, quem, multa tunc temporis sapientia repletum, musicaque arte prae caeteris praeditum, gubernaculaque regni pene omnia cum rege disponentem agnoverunt. Ipse vero, propter nobilitatem parentum, et bonam ejus indolem et formositatem, laeto animo suscipiens, ministerium camerarii sibi commendavit. Quo suscepto, et aliis secundum suam dignitatem beneficiis, sicuti praecoquus erat in omnibus, prospere agens de die in diem proficiebat.

Interim vero libuit eum limina visitare beatorum apostolorum Petri et Pauli. Cumque illuc pervenisset, a venerando papa Marino bene susceptus est, et ab eo interrogatus de qua provincia vel civitate esset nativus. Qui respondens, dixit: « De provincia Alamannia, et de civitate Augusta oriundus sum, versorque in servitio Adalberonis ejusdem civitatis episcopi. » -- « Ne turberis, inquit, animo, o frater, ille de quo mihi dixisti, senior tuus Adalbero migravit a saeculo, et, Deo jubente, te ejusdem matriculae decet esse pastorem. » Eo quidem renuente infit: « Cur recusas destinationem Dei? si nunc inconcussam et indesolatam accipere refragaris in tranquillitate, in antea vero destructam et depraedatam in perturbatione accipies, et cum labore gubernabis et reaedificabis. » Altera vero die sine licentia papae, propter tristitiam defuncti domini sui, et ne ab eo plus verbis constringeretur, exivit Roma, Augustamque revisitavit, et invenit ita sicut praefatus papa praedixit. Tunc Hiltine successor Adalberonis effectus est. Qui tamen tantae non fuit celsitudinis ut suo se vellet applicare servitio. Interim vero patre ejus defuncto, rediens suscepit procurationem matris suae, recordans praecepti Domini dicentis: Honora patrem tuum et matrem, etc. Tanta itaque eam diligentia et omnia sua custodivit ac disposuit, prout ei vires a Domino concessae suppetabant.

Y cuando llegó para recibir la respuesta, le dijo: «Que la duda no ocupe ya tu mente, porque de ningún modo serás puesto por Dios como padre espiritual para gobernar este monasterio; sino que en la parte oriental, donde un río divide dos regiones, servirás en adelante a Dios en el ministerio episcopal, y en ese mismo lugar habrás de padecer muchos trabajos, tales como nunca los sufrieron tus antecesores de parte de paganos y de malos cristianos; pero todos ellos, con la ayuda de Dios, los vencerás al fin del modo más digno.» Lo que había oído lo confió en gran secreto a los hermanos, templó su insistencia con suave conversación y depuso en su mente toda esperanza del propósito anterior; mas no por eso abandonó el estudio, sino que vivió allí en caridad con todos, hasta que, a su debido tiempo, colmado del doble alimento de la ciencia y de la religión, consolado por la oración común de todos y fortalecido por el amor de la hermandad, fue despedido con cariño y volvió a ver a sus padres.

Ellos entonces, tomando sabio consejo, lo pusieron bajo el señorío de Adalberón, prelado de la Iglesia de Augsburgo, a quien sabían lleno de mucha sabiduría para aquel tiempo, dotado más que otros en el arte de la música y que dirigía junto con el rey casi todo el gobierno del reino. Él lo recibió con ánimo alegre por la nobleza de sus padres y por su buena índole y hermosura, y le encomendó el oficio de camarero. Asumido este oficio, junto con otros beneficios conformes a su dignidad, como era precoz en todo, prosperaba y adelantaba de día en día.

Entretanto quiso visitar los umbrales de los bienaventurados apóstoles Pedro y Pablo. Cuando llegó allí, fue bien recibido por el venerable papa Marino, y este le preguntó de qué provincia o ciudad era natural. Él respondió: «Soy natural de la provincia de Alamania y de la ciudad de Augsburgo, y estoy al servicio de Adalberón, obispo de esa ciudad.» —«No te turbes en tu ánimo, hermano —dijo el papa—: ese de quien me has hablado, tu señor Adalberón, ha partido de este mundo, y por mandato de Dios conviene que tú seas pastor de esa misma iglesia madre.» Como él se negaba, le dijo: «¿Por qué rechazas lo que Dios ha dispuesto? Si ahora, en tiempo de paz, te resistes a recibirla intacta y sin devastar, más adelante la recibirás destruida y saqueada en tiempo de turbación, y con trabajo la gobernarás y la reedificarás.» Al día siguiente, sin licencia del papa, por la tristeza de la muerte de su señor y para no verse más apremiado por sus palabras, salió de Roma, volvió a Augsburgo y lo encontró todo tal como el papa había predicho. Entonces Hiltino fue hecho sucesor de Adalberón. Pero este no era de tanta altura que Ulrico quisiera entregarse a su servicio. Entretanto murió su padre, y él, de regreso, tomó a su cargo el cuidado de su madre, recordando el precepto del Señor que dice: Honra a tu padre y a tu madre (Éx 20,12), etcétera. Y con toda la diligencia que le permitían las fuerzas que el Señor le había concedido, la cuidó a ella y administró todos sus bienes.

Post quindecim annos defuncto Hiltine episcopo, machinatione nepotis sui, Burchardi ducis, et aliorum propinquorum suorum, Heinrico regi praesentatus, ejusque sublimitati nota facta est decessio episcopi, supplicatumque est ut praefato domino Udalrico episcopalis potestas ab eo concederetur. Rex vero intuens herilitatem staturae illius, et comperiens doctrinae suae scientiam, petitioni eorum assensum praebens, regio more in manus eum accepit, munereque pontificatus honoravit. His vero ita peractis, hilari animo de rege revertentes, et Augustam pervenientes, secundum regis edictum potestativa manu investitatum episcopatus sibi perfecerunt. Succedente vero tempore Nativitatis Domini in die solemnitatis Innocentium consuetudinario ritu ordinatio ejus peracta est.

Inde vero prospero reditu domum veniens, conspiciensque muros ecclesiae undique depositos, omniaque aedificia nimis delapsa, sicut sub priori antistite igne sunt consummata, nimia tunc mentis anxietate fluctuans, cogitabat qualiter convenientissime tam penitus destructa reaedificare potuisset: quia maxima pars familiae a paganis fuerat occisa, et oppida exusta et depraedata, pars autem familiae quae remanserat in magno egestatis labore erat afflicta. Acquisitis tamen architectis et multitudine congregata familiae, coepit sagaciter diruta restaurare, satisque sensibiliter ordinare, magnoque animi fervore studens ut coepta perficere non desisteret. Cum vero vir magnae suavitatis inchoatum opus, quamvis pressa supellectile, divino tum fretus adminiculo ardenter implevit, omnia que ipsius templi interiora omnigeno, quantum valuit, decoramine ornare contendit; nec non etiam frequenter sagaci oculorum acie intus et forinsecus positiones ecclesiae caute perlustrans, parvitatem non lucidae cryptae vilitatemque sibi nimis displicere conquestus, seque professus est competentius decentiusque, si Deus annuerit, positurum.

Cumque opus coeptum satis crescere videretur, Ramberto cuidam fratri in exstasi mentis videbatur se, sicut solebat, cum illo psalmos decantare debuisse, et interim Adalberonem episcopum in aquilonari parte cryptae, missatico apparatu vestitum, sibi apparentem, annuentemque ut ad se veniret; sed ille ancipiti timore septus viventis atque defuncti domini, coepit oculis pavens in eum conspicari; interrogatusque ab eo, quare sic oculos in se inflecteret, ille respondens, dixit: « Ecce video seniorem meum Adalberonem episcopaliter paratum ad missam, meque vocantem ad se. » At ille: « Festina, inquit, jussionem ejus implere. » Cui venienti ad se dixit: « Ramberte, dic domino tuo episcopo, mercedem a Domino accepturum pro orationibus et eleemosynis quas mihi fideliter transmisit, et hoc signum dicito illi, quod Fortunatus et ego in proxima coena Domini, Domino concedente, cum illo chrisma sanctificabimus, et quod operatio hujus cryptae est ruitura; ob hoc tamen non debet omittere quin studeat in posterum stabiliter perpetrare.

Quince años después murió el obispo Hiltino, y por gestión de su sobrino, el duque Burcardo, y de otros parientes suyos, Ulrico fue presentado al rey Enrique; se hizo saber a su alteza la muerte del obispo y se le suplicó que concediera al dicho señor Ulrico la potestad episcopal. El rey, viendo la noble prestancia de su figura y conociendo el saber de su doctrina, accedió a su petición, lo recibió en sus manos a la usanza regia y lo honró con el oficio de pontífice. Hecho esto, volvieron del rey con ánimo alegre, llegaron a Augsburgo y, conforme al edicto real, llevaron a término con mano de autoridad su investidura del obispado. Llegado luego el tiempo de la Natividad del Señor, en el día de la solemnidad de los Inocentes, se celebró su ordenación según el rito acostumbrado.

Al volver de allí a casa tras un viaje feliz, y ver los muros de la iglesia derribados por todas partes y todos los edificios muy arruinados, pues habían sido consumidos por el fuego bajo el anterior prelado, fluctuaba entonces con gran angustia de ánimo y pensaba cómo podría reedificar del modo más conveniente lo que estaba tan enteramente destruido: porque la mayor parte de la servidumbre de la iglesia había sido muerta por los paganos, los poblados quemados y saqueados, y la parte que quedaba estaba afligida por la penosa carga de la miseria. Con todo, procurándose arquitectos y reuniendo una multitud de la servidumbre, comenzó a restaurar con sagacidad lo derruido y a ordenarlo con mucho juicio, esforzándose con gran fervor de ánimo en no desistir hasta acabar lo comenzado. Y cuando aquel varón de gran mansedumbre, aunque con escasos recursos, confiado entonces en el auxilio divino, hubo concluido con ardor la obra comenzada, se esforzó por adornar todo el interior del templo con toda clase de ornatos, cuanto pudo; y además, recorriendo a menudo con atenta mirada las partes de la iglesia por dentro y por fuera, se quejaba de que la pequeñez de la cripta, falta de luz, y su pobreza le desagradaban mucho, y declaró que, si Dios lo permitía, la construiría de modo más adecuado y decoroso.

Cuando la obra comenzada parecía crecer bastante, a un hermano llamado Ramberto le pareció, en éxtasis de la mente, que debía cantar los salmos con el obispo, como solía, y que entretanto se le aparecía el obispo Adalberón en la parte norte de la cripta, revestido para la misa, y le hacía señas de que se acercara; pero él, cercado por un doble temor, el de su señor vivo y el del difunto, comenzó a mirarlo con espanto. Y al preguntarle Ulrico por qué volvía así los ojos hacia aquel lado, respondió: «Mira, veo a mi señor Adalberón revestido como obispo para la misa, que me llama a su lado.» Y él le dijo: «Apresúrate a cumplir su mandato.» Cuando llegó junto a él, le dijo: «Ramberto, di a tu señor el obispo que recibirá del Señor la recompensa por las oraciones y limosnas que fielmente me ha enviado; y dale esta señal: que Fortunato y yo, si el Señor lo concede, consagraremos con él el crisma el próximo Jueves Santo; y que la obra de esta cripta se va a derrumbar; pero no por eso debe dejar de procurar edificarla en adelante con firmeza.

Fratres quoque recordari moneto, quod sine vi, et sua sponte, sedula et assidua oratione pro me laborare spoponderunt, et quod sic non fecerunt, et si hoc emendaturi non fuerint, sciant se esse de hoc in conspectu Domini rationem reddituros; et tu quotidie unum pro me psalmum cantabis, sine cautela, et hoc te emendare monebo. » Ipse vero episcopus interim regiis occupatus obsequiis cursum direxit ad curtem, ibique apud aulicos digno honore diu retentus, tandemque requisita salubri licentia domum repedavit, opusque cujus effectum sese cernere speravit, totum penitus dilapsum reperit ac subversum, secundum praedictam rationem praefati Ramberti. Tum vero cautioribus fundamentis positis, stabiliter perfecit.

Alia autem vice cum in oppido Waringa, vocitato primo mane consuetudinario more, psalmodiam cum eodem Ramberto studuisset explere, idem frater coepit reflexis oculis timide moveri. Interrogatusque ab eo, respondebat, dicens: « Ecce video seniorem meum Adalberonem eodem modo sicut antea eum vidi praecipientem mihi ut illi ministrarem ad missam. » Qui statim surgens, retractis foribus, recessit de ecclesia donec haec visio finiretur.

Aliam vero visionem, quam de multis fratribus in veritate dicentibus accidisse dedicimus, oblivioni nos tradere non oportet. Quia cum religiosus vir die Paschae ministerium sacramentorum studiose perficere decertaret, multitudine clericorum adveniente, et cuidam Heilrico presbytero cantore existente, apparuit dextera cum dextera episcopi sacramenta sanctificans. Expleta vero missa, ille praefatus Heilricus sequens eum in cubiculum suum cecidit ad pedes ejus, et incautius quam debuisset in praesentia laicorum hanc visionem explanavit. Cum ille respondens, dixit: « Utilius tibi fuisset ista reticere quam loqui; » de hac vero responsione stupefactus recessit ab eo, et in coena quae ante cubiculum ejus est sita consedit, et statim oculi ejus magna nimietate coeperunt lacrymas effundere, et in ea effusione permanserunt usque dum in totum praesenti lumine privati sunt.

II

Alio tempore, in nocte antecedente diem sanctum Coenae Domini, quasi in somnis audivit vocem sibi loquentem: « Udalrice episcope, scias te hodie hospites esse suscepturum. » Et expergefactus a voce qui essent illi hospites coepit tractare. Cum autem dormiret, loquentis sibi verba audivit: « Orationes tuas et eleemosynas tuas oculi Domini conspexere, et ideo binis antecessoribus tuis Fortunato et Adalberoni es commendatus, ut tibi hodie et post hinc in istis sacris solemnitatibus sacra mysteria celebranti assistant, et ea tecum benedicant. »

Advierte también a los hermanos que recuerden que, sin violencia y por propia voluntad, prometieron trabajar por mí con oración solícita y asidua, y que no lo han hecho; y si no se enmiendan en esto, sepan que habrán de dar cuenta de ello en la presencia del Señor. Y tú cantarás cada día un salmo por mí, sin descuido; y yo te advertiré de que te enmiendes en esto.» Entretanto el obispo, ocupado en servicios al rey, se dirigió a la corte, y fue retenido allí largo tiempo entre los cortesanos con la honra debida; finalmente, pedida una licencia favorable, regresó a casa y encontró la obra que esperaba ver acabada enteramente caída y derribada, conforme a lo que había anunciado el dicho Ramberto. Entonces, echando cimientos más seguros, la terminó con solidez.

En otra ocasión, en el poblado llamado Waringa, cuando muy de mañana, según su costumbre, procuraba completar la salmodia con el mismo Ramberto, aquel hermano comenzó a agitarse temeroso, con los ojos vueltos hacia atrás. Y al preguntarle él, respondió: «Mira, veo a mi señor Adalberón del mismo modo que lo vi antes, mandándome que le ayude a la misa.» Él se levantó al instante, cerró las puertas tras de sí y salió de la iglesia hasta que terminó aquella visión.

Otra visión, que supimos haber ocurrido por muchos hermanos que lo contaban con verdad, no conviene entregarla al olvido. Un día de Pascua, mientras aquel varón religioso se empeñaba con celo en cumplir el ministerio de los sacramentos, estando presente una multitud de clérigos y haciendo de cantor un presbítero llamado Heilrico, apareció una diestra que santificaba los sacramentos junto con la diestra del obispo. Terminada la misa, el dicho Heilrico lo siguió a su cámara, cayó a sus pies y, con menos cautela de la debida, refirió aquella visión en presencia de laicos. Él le respondió: «Más te habría valido callar esto que decirlo.» Pasmado por esta respuesta, se apartó de él y se sentó en el comedor que está delante de su cámara, y al punto sus ojos comenzaron a derramar lágrimas en gran abundancia, y en aquel llanto permanecieron hasta quedar del todo privados de la luz de este mundo.

II

En otra ocasión, en la noche que precede al santo día de la Cena del Señor, oyó como en sueños una voz que le decía: «Obispo Ulrico, has de saber que hoy recibirás huéspedes.» Y despertado por la voz, comenzó a pensar quiénes serían aquellos huéspedes. Y cuando volvió a dormirse, oyó las palabras de uno que le hablaba: «Los ojos del Señor han visto tus oraciones y tus limosnas, y por eso has sido encomendado a tus dos antecesores, Fortunato y Adalberón, para que hoy y en adelante, en estas sagradas solemnidades, te asistan cuando celebres los sagrados misterios y los bendigan contigo.»

Mane autem facto, aliis, sicut mos est, peractis mysteriis, circumstantibus ministrorum ordinibus, cum sacramenta consecraret, ipse et quidam de circumstantibus devotiores viderunt dexteram Domini cum eo sacramenta consecrare, et signum crucis imponere; quibus, quia per spiritum eos sciebat, cum viaticum ab eo accepturi accederent, digitum ori superposuit ut de visione tacerent, quibus etiam, postea ad se vocatis, quae ei in nocte dicta sunt, secreto nuntiavit, et praecepit ut, eo vivente, neque visa, neque ab eo secrete audita alicui manifestarent, si praesentem adhuc vitam habere voluissent.

Majoris etiam visionis sibimetipsi manifestata miracula sub silentio recondendum bonum esse non aestimo. Quia quadam nocte, cum corpus lectulo ad dormiendum collocasset, vidit sanctam Afram in magna formositate, pulchra tunica indutam atque succinctam, stantem ante ipsum, dicentemque sibi: « Surge, et sequere me. » Et haec dicens, eduxit eum in campum qui vulgo dicitur Lechfeld. Ibi enim sanctum Petrum, principem apostolorum, invenit cum multitudine magna episcoporum et aliorum sanctorum, et eorum quos ille ante non videbat, et tum nutu Dei cognoscebat bene, synodale colloquium cum eis facientem, et magna et innumerabilia disponentem, Arnolphumque ducem Bavariorum adhuc viventem, de destructione multorum monasteriorum, quae in beneficia laicorum divisit, de multis sanctis accusatum legaliter judicantem, et enses duos valde heriles, unum cum capulo, et alterum sine capulo sibi ostendentem, et sic loquentem: « Dic regi Henrico, ille ensis qui est sine capulo, significat regem qui sine benedictione pontificali regnum tenebit; capulatus autem, qui benedictione divina regni tenebit gubernacula. » Finita itaque synodo praefata, Dei martyr monstravit illi loca castrorum ubi postea Otto, rex adhuc manens, regalem locutionem cum populis diversarum provinciarum habuit; ubi rex Berengarius de Longobardia et filius ejus Adalbertus cum multis episcopis se praesentaverunt, et dominio subdiderunt. Indicavitque ei venturam supergressionem Ungarorum, et loca belli, et, quamvis laboriose, tamen victoriam Christianis concessam esse nuntiavit.

Hac visione peracta, reductum eum in lectulo collocatum dimisit. Ipse vero ad se reversus cogitabat, reverenter in recordationem suam ducens illud illustris verbisatoris rapti ad secreta tertii coeli dicentis: Sive in corpore, sive extra corpus, etc. Haec vero visio ab eo paucis prudentibus ac sibi familiaribus manifestata est.

Postea autem curtem regis adiens, solito more servitio ejus subdebatur, usque dum rex Henricus praesentem vitam finiret. Ottoni itaque filio ejus in regnum sublimato, eamdem quam patri sedulitatem servitii et fidei firmitatem in cunctis impertiri studebat.

Llegada la mañana, cumplidos como es costumbre los demás ritos, y estando alrededor los órdenes de los ministros, mientras consagraba los sacramentos, él mismo y algunos de los presentes más devotos vieron la diestra del Señor consagrar con él los sacramentos y trazar sobre ellos la señal de la cruz. Como los conocía por el Espíritu, cuando se acercaron a recibir de él el viático, se puso el dedo sobre los labios para que callaran la visión; y después, llamándolos aparte, les contó en secreto lo que se le había dicho en la noche, y les mandó que, mientras él viviera, no revelaran a nadie ni lo que habían visto ni lo que de él habían oído en secreto, si querían conservar todavía la vida presente.

Tampoco juzgo bueno esconder en silencio las maravillas de una visión todavía mayor que a él mismo se le manifestó. Una noche, después de acostarse en su lecho para dormir, vio a santa Afra, de gran hermosura, vestida con una bella túnica y ceñida, de pie ante él y diciéndole: «Levántate y sígueme.» Y diciendo esto, lo condujo al campo que vulgarmente se llama Lechfeld. Allí encontró a san Pedro, príncipe de los apóstoles, con una gran multitud de obispos y de otros santos, y de otros a quienes antes no había visto pero entonces, por voluntad de Dios, conocía bien, celebrando con ellos un sínodo y disponiendo cosas grandes e innumerables; y estaba juzgando conforme a derecho a Arnulfo, duque de los bávaros, que vivía aún, acusado por muchos santos de la destrucción de numerosos monasterios, que había repartido en beneficios a laicos; y le mostraba dos espadas muy nobles, una con empuñadura y otra sin empuñadura, y le hablaba así: «Di al rey Enrique: la espada sin empuñadura significa un rey que tendrá el reino sin la bendición de los pontífices; la que tiene empuñadura, uno que tendrá el timón del reino con la bendición divina.» Terminado aquel sínodo, la mártir de Dios le mostró el lugar del campamento donde después Otón, siendo todavía rey, celebró una asamblea real con los pueblos de diversas provincias, y donde el rey Berengario de Lombardía y su hijo Adalberto se presentaron con muchos obispos y se sometieron a su dominio. Y le anunció la futura irrupción de los húngaros y los lugares de la batalla, y le hizo saber que, aunque con mucho trabajo, la victoria había sido concedida a los cristianos.

Acabada la visión, lo llevó de vuelta, lo dejó acostado en su lecho y se fue. Él, vuelto en sí, lo meditaba, trayendo con reverencia a su memoria aquellas palabras del ilustre orador arrebatado a los secretos del tercer cielo: Si en el cuerpo, si fuera del cuerpo (2 Cor 12,2), etcétera. Esta visión la manifestó solo a unos pocos varones prudentes y de su confianza.

Después acudió a la corte del rey y se puso a su servicio según la costumbre, hasta que el rey Enrique terminó la vida presente. Y cuando su hijo Otón fue elevado al trono, procuró prestarle en todo la misma solicitud en el servicio y la misma firmeza en la fidelidad que a su padre.

Tunc vero temporis habebat episcopus Udalricus filium sororis suae Luitgardae bonae indolis, Adalberonem nomine, cuidam doctissimo magistro, Benedicto monacho, ad erudiendum scientiam grammaticae artis et aliorum librorum commendatum. Cumque ille ab eo in omnibus profectibus bonae scientiae et disciplinae doctus atque educatus in virile robur devenisset, statim de schola exemptus, ab avunculo suo episcopo imperatori praesentatus, et in manus ejus misericordiae commendatus, regali servitio tam studiose atque decenter insistebat, usque dum imperatori ejus ministerium in ecclesiasticis et saecularibus bene placuisset. De hac pro certo sedulitate ejus servitii quotidiani, concessum est ejus avunculo sancto Udalrico episcopo, ut praefatus Adalbero in ejus vice itinera hostilia cum militia episcopali in voluntatem imperatoris perageret, et in curte imperatoris ejus vice assiduitate servitii moraretur, ea videlicet causa ut praefato praesuli, Dei servitio, et custodiae gregis commendati, et utilitatibus ecclesiae, et orationibus, et eleemosynis secundum suum desiderium immorari licuisset.

Ille vero, quantum saecularibus curis se absolutiorem esse persensiit, tantum seipsum in Dei voluntate facere nitebatur obligatiorem. Cursus scilicet quotidianus cum matriculariis in choro ejusdem matriculae ab eo caute observabatur, quandocunque ei domi manendum aliae occupationes consenserunt. Insuper autem unum cursum in honore sanctae Mariae genitricis Dei, et alterum de sancta cruce, tertium de omnibus sanctis, et alios psalmos plurimos, totumque psalterium omni die explere solitus erat, nisi si eum impediret aliqua inevitabilis necessitas. Missas autem tres vel duas aut unam, secundum spatium temporis, cantare quotidie non desiit, si infirmitas corporis aut aliquod studium bonum ei non subtraxit.

III

Multis temporibus carne abstinuit, sed tamen aliis cum eo manducantibus abundanter donavit. In quotidianis refectionibus, quando cum suis ad mensam sedebat, prima appositio panum atque ciborum, ex maxima parte, per aliquem clericum cui haec commendata sunt, pauperibus dividebatur, exceptis his mancis atque debilibus qui, in grabatulis et in lectulis et in scamellis ambulantes, et in sperulatis lectulis, quotidianum victum in ejus praesentia acceperunt de optimis escis et potibus. Aliorum autem nemo, qui in sua praesentia, sive notus fuisset sive ignotus, cibum sumpserunt, esuriens aut sitiens recedebat, nisi aliquando incuria aut tenacia ministrorum contigisset contra episcopi voluntatem.

Por aquel tiempo tenía el obispo Ulrico un sobrino de buena índole, hijo de su hermana Liutgarda, llamado Adalberón, a quien había confiado a un maestro doctísimo, el monje Benito, para que lo instruyera en el arte de la gramática y en el saber de otros libros. Y cuando, enseñado y educado por él en todos los adelantos de la buena ciencia y disciplina, llegó a la edad viril, fue sacado al punto de la escuela, presentado por su tío el obispo al emperador y encomendado a las manos de su misericordia; y se entregó al servicio real con tanto celo y decoro que su ministerio agradó mucho al emperador en lo eclesiástico y en lo secular. Por esta diligencia de su servicio cotidiano se concedió a su tío, el santo obispo Ulrico, que el dicho Adalberón hiciera en su lugar las expediciones militares con la milicia episcopal según la voluntad del emperador, y que en su lugar permaneciera en la corte del emperador con asiduo servicio; y esto a fin de que el dicho prelado pudiera dedicarse, según su deseo, al servicio de Dios y a la custodia de la grey que se le había confiado, a las necesidades de la iglesia, a las oraciones y a las limosnas.

Y cuanto más libre se sentía de los cuidados seculares, tanto más se esforzaba por obligarse a la voluntad de Dios. Así, observaba con cuidado el oficio diario con el clero de la catedral en el coro de esa misma iglesia, siempre que sus demás ocupaciones le permitían quedarse en casa. Además de esto, solía completar cada día un oficio en honor de santa María, Madre de Dios, otro de la santa Cruz, un tercero de Todos los Santos, y muchos otros salmos, y el salterio entero, a menos que se lo impidiera alguna necesidad ineludible. Y no dejó de cantar cada día tres misas, o dos, o una, según el tiempo disponible, a no ser que se lo impidiera una enfermedad del cuerpo o alguna buena ocupación.

III

Durante largas temporadas se abstuvo de carne, pero la daba en abundancia a los demás que comían con él. En las comidas diarias, cuando se sentaba a la mesa con los suyos, el primer servicio de panes y de manjares se repartía en su mayor parte entre los pobres por medio de un clérigo a quien se había encomendado este oficio; y esto aparte de los mancos y lisiados que, desplazándose en camillas, en lechos y en escabeles, o en lechos de mimbre, recibían en su presencia el sustento diario de los mejores manjares y bebidas. De los demás que tomaban alimento en su presencia, conocidos o desconocidos, ninguno se retiraba con hambre o con sed, salvo si alguna vez ocurría por descuido o tacañería de los servidores, contra la voluntad del obispo.

Hospites autem cum ad eum devenissent, tripudio et tanta hilaritate vultus et animi suscepti sunt et in omnibus procurati, veluti eis optime conveniebat, sciens in eis Christum se suscepisse, illo dicente: Hospes fui, et suscepistis me. Vasalli autem imperatoris ab eo pergentes vel ad eum redeuntes, summo honore suscepti, et in tantum sunt epulentati ut in nullo eos aut jumenta eorum ulla indigentia fatigaret, acceptisque secum stipendiis itineris eorum necessariis, laeti ab eo redirent. Monachos autem atque clericos et sanctimoniales eum visitantes more filiorum amavit, et spiritualibus eos atque corporalibus escis abundanter recreavit, et cum illo manere concessit quandiu eorum voluntati complacuit, et congruo tempore in omnibus hilaratos ire dimisit.

Clericos autem suos ex familia, vel liberos mediocres vel nobiliores, summa diligentia nutrire et docere praecepit, et quoscumque inter eos honore dignos cognovit, ministeriis et congruis beneficiis ditiores fecit. Laici autem suae dominationi subjecti, semper cum eo omni honore et laetitia commorabantur, nullam deceptionis fraudem ab illo fieri timentes, sed firmiter credentes atque certe scientes quod quidquid eis promiserat, hoc Domino annuente compendiose perfecerat. De familia autem ei commissa quicumque ante eum venerat se exclamando injuste esse oppressum vel exspoliatum, aut aliquo modo injuriatum de domino proprio cui in beneficium concessus erat, sive de conservo ejus, vel de alio aliquo, ad rationem ejus caute auscultavit; et ubi cognovit injuste contra eum factum fuisse, firmiter confestim praecepit ut iniquitas ei facta cito emendaretur, et non omisit donec perficeretur. Legitimum vero jus totius familiae, quo pro antecessoribus suis utebatur, firmiter eam tenere concessit, et nullius potestatis hominem sub suo regimine degentem hoc ei tollere permisit.

Otio inani nullo tempore animum suum subjacere patiebatur, nisi aliquid utilitatis excogitaret aut perpetraret, sive de ecclesia quam undique dilapsam invenit, vel de ejus ornatu, vel de paraturis altarium et clericorum, et de disciplina canonicorum et schola, de sustentatione et salvatione familiae, et qualiter civitatem, quam ineptis valliculis et lignis putridis circumdatam invenit, muris cingere valuisset, quia in his temporibus Ungarorum saevitia in istis provinciis more daemoniorum grassabatur. Haec vero omnia cum exterius suorum fidelium consultu pertractaret, aestu tamen interius Divini amoris succensus, vigiliis et orationibus et jejuniis et eleemosynis Deo se sociare studiosissime festinabat, semper cuti suae laneum apponens vestimentum, et regulam sequens monachorum. Post Completorium nunquam, propter ullius hominis petitionem, escam vel potum, delectationi corporis suae consentiens, sumpsit. In mollitia plumarii non dormivit, sed psiathio et sago aut tapetiis suppositis requievit. In nocte primum sonante signo surrexit, et praedictos cursus maxima cautela complevit.

Cuando llegaban a él huéspedes, eran recibidos con regocijo y con tanta alegría de rostro y de ánimo, y atendidos en todo como mejor les convenía, porque sabía que en ellos recibía a Cristo, que dice: Fui forastero, y me acogisteis (Mt 25,35). Los vasallos del emperador que partían de su casa o volvían a ella eran recibidos con sumo honor y agasajados de tal modo que ninguna necesidad los molestaba en nada a ellos ni a sus cabalgaduras, y, llevando consigo las provisiones necesarias para el camino, se alejaban de él contentos. A los monjes, clérigos y monjas que lo visitaban los amaba como a hijos, los reconfortaba en abundancia con alimentos espirituales y corporales, les permitía quedarse con él cuanto quisieran y, a su debido tiempo, los despedía alegres en todo.

Mandó que los clérigos de su familia, ya fueran libres de mediana condición, ya más nobles, fueran criados e instruidos con suma diligencia, y a cuantos de ellos halló dignos de honra los hizo más ricos con cargos y beneficios convenientes. Los laicos sujetos a su señorío vivían siempre con él con toda honra y alegría, sin temer de él engaño ni fraude alguno, sino creyendo firmemente y sabiendo con certeza que todo lo que les había prometido lo había cumplido sin tardanza con el favor del Señor. Cualquiera de la servidumbre a él confiada que se presentaba ante él clamando que había sido injustamente oprimido o despojado, o agraviado de algún modo por su propio señor, a quien había sido concedido en beneficio, o por un compañero de servidumbre, o por cualquier otro, escuchaba con atención su causa; y cuando conocía que se había obrado injustamente contra él, mandaba al punto con firmeza que se reparara pronto la injusticia que se le había hecho, y no cejaba hasta que se cumplía. Permitió que toda la servidumbre conservara con firmeza el derecho legítimo de que gozaba bajo sus antecesores, y no consintió que ningún hombre poderoso que viviera bajo su gobierno se lo arrebatara.

En ningún tiempo consentía que su ánimo se rindiera al ocio vano, sino que siempre ideaba o llevaba a cabo algo útil: ya para la iglesia, que había encontrado arruinada por todas partes, ya para su ornato, ya para los paramentos de los altares y de los clérigos, para la disciplina de los canónigos y la escuela, para el sustento y la salvaguarda de la servidumbre, y para ver cómo podría ceñir de murallas la ciudad, que había hallado rodeada de unos ruines terraplenes y de maderos podridos; porque en aquellos tiempos la crueldad de los húngaros se ensañaba en estas provincias como la de los demonios. Y mientras por fuera trataba todas estas cosas con el consejo de sus fieles, por dentro, encendido en el ardor del amor divino, se apresuraba con sumo empeño a unirse a Dios con vigilias y oraciones, ayunos y limosnas, llevando siempre sobre la piel una prenda de lana y siguiendo la regla de los monjes. Después de Completas nunca tomó comida ni bebida a petición de nadie, ni condescendió con el gusto de su cuerpo. No dormía en la blandura de un colchón de plumas, sino que descansaba sobre una estera de juncos, con una manta tosca o unos tapices debajo. De noche se levantaba al primer toque de campana y cumplía con el mayor cuidado los oficios ya dichos.

IV

Tempus vero Quadragesimae quanta devotione celebraret, sermo mihi non sufficit ad narrandum; sed tamen ea quae vidimus non decet nobis in totum omittere. Matutinis namque laudibus expletis, aurora diei prima illuscescente, aliis orationibus expletis psallere psalterium coepit, quo expleto et letania expleta, aliis orationibus firmiter insistebat, usque dum signum ad vigilias defunctorum sonaret, quo audito statim surrexit, et cum fratribus Vigiliam celebravit et Primam; Prima vero expleta, fratribus solito more crucem portantibus, ipse remanens in ecclesia codiculum breviatum ex psalmis cum aliis orationibus interim decantavit, usque dum fratres cum cruce redirent et missam sacrificationis celebrare coepissent, ipse primum devote Deo sacrificium offerens, manum sacerdotis humiliter osculans. Expleta vero missa, Tertiam cum fratribus explevit; fratribus vero ad capitulum pergentibus, ipse solito more in ecclesia remansit, donec signum ad Sextam sonaret. Sexta autem hora expleta, altaria circuibat cum venia, cantans Miserere mei, Deus, et De profundis; tunc demum ad cubiculum rediit ad lavandam faciem suam et ad missam se praeparandum. Missarum autem celebrationibus expletis et Vesperis decantatis, ad hospitiolum pauperum pervenit, et duodecim pauperum pedes lavit, et unicuique eorum de aceolo pretium unius denarii donavit. Inde rediens, ad mensam pransurus consedit, ibi lectio non defuit, nec praedictorum pauperum multitudo copiosa. Apposita cum gaudio sumpsit, et cum eo manentibus maxima hilaritate distribuit, recordans illud Apostoli: Hilarem enim datorem diligit Deus. Unicuique enim praebebat quod eum libentissime sumere aestimabat. Cibo vero consumpto, et omnibus cum eo commorantibus laetificatis, congruo tempore Completorium recitavit, insuper aliis orationibus peractis, secreta cubiculi cum silentio repetivit, et omne colloquium, nisi cum Deo et sanctis ejus, usque ad alterius diei Primam peractam omnino devitavit.

Hoc modo dies Quadragesimae explevit, usque in diem indulgentiae quem dicunt Pascha palmarum, eo die mane diluculo ad Sanctam Afram veniebat, si in praeterita nocte ibi non manebat, missam de Sancta Trinitate cantabat, et ramos palmarum diversarumque frondium benedicebat, Evangelioque et crucibus et fanonibus, et cum effigie sedentis Domini super asinum, cum clericis et multitudine populi ramos palmarum in manibus

IV

Con cuánta devoción celebraba el tiempo de Cuaresma, no me bastan las palabras para contarlo; pero no conviene que omitamos del todo lo que hemos visto. Terminados los Maitines y Laudes, al despuntar la primera aurora del día, rezaba otras oraciones y comenzaba a salmodiar el salterio; acabado este y la letanía, perseveraba firmemente en otras oraciones hasta que sonaba la señal para la Vigilia de difuntos; al oírla se levantaba al instante y celebraba con los hermanos la Vigilia y Prima. Terminada Prima, mientras los hermanos salían como de costumbre llevando la cruz, él se quedaba en la iglesia y entretanto cantaba un breviario de salmos con otras oraciones, hasta que los hermanos volvían con la cruz y comenzaban a celebrar la misa del sacrificio; y él era el primero en ofrecer devotamente a Dios su ofrenda, besando con humildad la mano del sacerdote. Acabada la misa, rezaba Tercia con los hermanos; y mientras los hermanos iban al capítulo, él permanecía como de costumbre en la iglesia hasta que sonaba la señal de Sexta. Terminada la hora de Sexta, recorría los altares postrándose ante cada uno y cantando el Miserere mei, Deus y el De profundis; solo entonces volvía a su cámara para lavarse la cara y prepararse para la misa. Celebradas las misas y cantadas las Vísperas, iba al pequeño hospicio de los pobres, lavaba los pies a doce pobres y daba a cada uno en monedas de cobre el valor de un denario. De vuelta, se sentaba a la mesa a comer, y allí no faltaba la lectura, ni tampoco una abundante multitud de los dichos pobres. Tomaba con gozo lo que le servían y lo repartía con la mayor alegría entre los que estaban con él, recordando aquello del Apóstol: Dios ama al que da con alegría (2 Cor 9,7). A cada uno le ofrecía lo que pensaba que tomaría con más gusto. Terminada la comida y alegrados todos los que estaban con él, a la hora conveniente rezaba Completas y, después de otras oraciones, volvía en silencio al retiro de su cámara, y evitaba toda conversación, salvo con Dios y con sus santos, hasta haber terminado la Prima del día siguiente.

De este modo pasaba los días de Cuaresma hasta el día de la indulgencia que llaman Domingo de Ramos. Ese día, muy de mañana, venía a Santa Afra, si no había pasado allí la noche anterior, cantaba una misa de la Santísima Trinidad y bendecía ramos de palma y de diversos árboles; y con el Evangeliario, cruces y estandartes, y con una imagen del Señor sentado sobre un asno, con los clérigos y una multitud de pueblo que llevaba ramos de palma en

portantis, et cum cantationibus in honorem ejusdem diei compositis, et cum magno decore pergebat usque ad collem quae dicitur Perleich, ibique obviam ei veniebat chorus canonicorum cum pulchritudine magna, et cum civibus qui in civitate remanserant, et qui de oppidis circumjacentibus ipsis se jungere voluerunt, ibi, ad imitandum humilitatem puerorum caeterorumque populorum, ramis palmarum et vestimentis suis viam sternentium. Iis expletis, vir sanctus congruentissimam admonitionem de passione Domini ad omnes fecit, eousque saepe ut ille fleret, fletuque suo multos flere fecisset. Admonitione peracta omnes simul Deum laudantes ad ecclesiam matriculam pervenerunt, ibique missam cum eo celebraverunt, et inde omnes in sua redierunt.

Postea autem in his tribus diebus contiguis synodale colloquium habere consuevit, eo quod canones bis in anno episcoporum concilia fieri praecipiunt: unum XV Kal. Oct., et aliud quarta hebdomada post pascha; hoc in isto tempore perficere decrevit, ne in antea ei aliquod obstaculum illud perficiendi impedimentum faceret, et ut in coena Domini cum eadem multitudine clericorum et populi plenius et honorificentius chrisma et oleum sanctificaretur. Eo vero die, hora tertia, omnes clerici, solemnissimis paraturis induti, venerunt in ecclesiam, et ipse, suo more gloriosissime ad Dei servitium paratus, cum eis sacrum mysterium agere devotissime coepit, perlectoque Evangelio, et admonitione facta ad populum, et confessione populi accepta, indulgentiam humillime eis fecit, et tota synodo oblationem offerente, secundum ordinem, cautissime implevit usque ad benedictionem chrismatis et olei; hoc fecit magna reverentia sibi apportari, cum crucibus et cum pueris portantibus sub palliolo occultatis, et cereis, cum versibus ad hoc ministerium compositis formosissime decantatis, et cum processione duodecim presbyterorum, qui cum eo usque in finem missae in suo ministerio perseverare debuerunt. Rite autem sibi allato, humillime suscepit, et totam synodum rogavit ut, quando ille crucem benedicendo super illud faceret, et ipsi, cum eisdem presbyteris qui in processione erant et sibi assistebant, benedicere non desisterent, caeterumque populum Pater noster cum magna humilitate decantare rogavit. Quo benedicto, et populo sacro viatico recreato, Vesperaque expleta, ad sacrarium venit chrisma et oleum clericis dispensandum. His dispensatis, ad hospitium pauperum venit, et eis solito more ministravit. Inde autem in ecclesiam ambulavit, et ante sacrarium venit, ibique a camerario allatis vestibus novis duodecim pauperes vestivit, et acervulum aceoli aliis dispensavit, et eo die nullum ab eo vacuum abire dimisit, quamvis eorum multitudo magna adesset. Postea ad cibum venit, cibatisque omnibus cum eo manentibus, exemplo Domini pedes discipulorum suorum lavare coepit.

las manos, y con cantos compuestos en honor de ese día, iba con gran solemnidad hasta la colina que llaman Perleich; y allí le salía al encuentro el coro de los canónigos con gran esplendor, junto con los ciudadanos que se habían quedado en la ciudad y con los de los poblados vecinos que quisieron unirse a ellos, alfombrando el camino con ramos de palma y con sus vestidos, a imitación de la humildad de los niños y del resto del pueblo. Hecho esto, el santo varón dirigía a todos una exhortación muy apropiada sobre la pasión del Señor, de tal modo que a menudo lloraba él y con su llanto hacía llorar a muchos. Terminada la exhortación, todos juntos, alabando a Dios, llegaban a la iglesia madre, celebraban allí la misa con él y desde allí volvían todos a sus casas.

Después, en los tres días siguientes, solía celebrar un sínodo, porque los cánones mandan que los concilios de los obispos se celebren dos veces al año: uno el día decimoquinto antes de las calendas de octubre, y otro en la cuarta semana después de Pascua. Él dispuso celebrarlo en este tiempo, para que más adelante ningún obstáculo le impidiera hacerlo, y para que el día de la Cena del Señor el crisma y el óleo fueran consagrados con más plenitud y honra ante aquella misma multitud de clérigos y de pueblo. Ese día, a la hora tercia, todos los clérigos, revestidos con los ornamentos más solemnes, entraban en la iglesia, y él, preparado según su costumbre con la mayor gloria para el servicio de Dios, comenzaba con ellos a celebrar con suma devoción el sagrado misterio; y leído el Evangelio, hecha la exhortación al pueblo y recibida la confesión del pueblo, le daba con gran humildad la absolución; y mientras todo el sínodo presentaba la ofrenda, cumplía todo por su orden con sumo cuidado hasta la bendición del crisma y del óleo. Estos los hacía traer ante sí con gran reverencia, con cruces y con niños que los llevaban ocultos bajo un pequeño velo, y con cirios, con versos compuestos para este ministerio cantados con gran belleza, y con una procesión de doce presbíteros, que debían perseverar con él en su ministerio hasta el fin de la misa. Una vez que se lo traían según el rito, lo recibía con suma humildad y rogaba a todo el sínodo que, cuando él trazara la cruz sobre aquello para bendecirlo, también ellos, junto con los presbíteros que habían ido en la procesión y lo asistían, no dejaran de bendecirlo; y al resto del pueblo le pedía que cantara el Padre nuestro con gran humildad. Bendecido el óleo, reconfortado el pueblo con el sagrado viático y terminadas las Vísperas, iba a la sacristía para distribuir el crisma y el óleo a los clérigos. Distribuidos estos, iba al hospicio de los pobres y los servía como de costumbre. Desde allí entraba en la iglesia y llegaba ante la sacristía, y allí, con vestidos nuevos que le traía el camarero, vestía a doce pobres y repartía a los demás un montoncito de monedas de cobre; y aquel día no dejaba que nadie se fuera de su lado con las manos vacías, aunque estuviera presente una gran multitud de ellos. Después iba a la mesa y, una vez que habían comido todos los que estaban con él, comenzaba, a ejemplo del Señor, a lavar los pies de sus discípulos.

Lavationeque cum antiphonis congruentibus et versibus et lectionibus decentissime peracta, pocula optima in suis cellariis recondita cum magna charitate et humilitate sufficienter porrexit, et, Completorio expleto, membra in Dei servitio fatigata quieti lectuli commendavit.

Die autem parasceve, horis secundum ordinem caute expletis, omissis aliis cursibus, sicuti in coena Domini, nisi ad eumdem diem pertinentibus, mane diluculo psalterium explere festinavit, et, sacro Dei mysterio perpetrato, populoque sacro Christi corpore saginato, et, consuetudinario more, quod remanserat sepulto, iterum inter ecclesias ambulando psalterium explevit decantando, et, vespertina hora, sine mensa atque mensalibus, in cubiculo suo pane et cervisia se recreare coepit, et unicuique qui secum erant panem et cervisiam juxta eorum voluntatem exhibere praecepit.

Sanctissimo autem Sabbati die expletis nocturnis officiis, et amando psalterio perlecto, praeparatum sibi balneum intravit, quo nunquam uti solebat eo tempore nisi in Sabbato ante Quadragesimam et in media Quadragesima, et eo die. Lavatione autem corporis peracta, et praeparatione vestimentorum induta, ad sacrum officium solemniter se praeparavit, et totum clerum hora diei nona cum eo paratum esse destinavit, statimque, perlecta trina letania, cereoque sanctificato lectionibusque et tractis consummatis, cum quina letania et cum omni honore ad baptismum consecrandum ad ecclesiam Sancti Joannis Baptistae perrexit, baptizatisque ibi ab eo tribus pueris, cum septena letania, regressus est ad sacrarium ad missam se praeparandum, clero interim psallente in choro. Missarum vero solemniis solemniter cum Vespera peractis, corporeque Christi dispensato, et sacris vestibus depositis, eo die mensa apposita ad refectionem cum magna multitudine consedit, et omnibus abundanter refectis cum gaudio ad mansiunculas redire permisit.

Desiderantissimo atque sanctissimo Paschali die adveniente, post Primam intravit ecclesiam Sancti Ambrosii, ubi die Parasceve corpus Christi superposito lapide collocavit, ibique cum paucis clericis missam de sancta Trinitate explevit: expleta autem missa clerum interim congregatum in coena juxta eamdem ecclesiam sitam solemnissimis vestibus indutum antecessit, secum portato corpore Christi et Evangelio, et cereis, et incenso, et cum congrua salutatione versuum a pueris decantata per atrium perrexit ad ecclesiam Sancti Joannis Baptistae, ibique Tertiam decantavit, indeque cum antiphonis ad honorem hujus diei congruentissime compositis, ad tuomum formosissima processione, binis et binis secundum ordinem simul ambulantibus missam celebraturus pervenerat.

Realizado con sumo decoro el lavatorio, con las antífonas, versos y lecturas convenientes, ofrecía con gran caridad y humildad, en abundancia, las mejores bebidas guardadas en sus bodegas, y, terminadas las Completas, entregaba al descanso del lecho sus miembros fatigados en el servicio de Dios.

El Viernes Santo, cumplidas con cuidado las horas según su orden, y omitidos los demás oficios, como el día de la Cena del Señor, salvo los propios de ese día, se apresuraba muy de mañana a completar el salterio; y celebrado el sagrado misterio de Dios, alimentado el pueblo con el sagrado Cuerpo de Cristo y sepultado según la costumbre lo que había sobrado, volvía a completar el salterio cantándolo mientras iba de iglesia en iglesia; y a la hora vespertina, sin mesa ni manteles, comenzaba a reponerse en su cámara con pan y cerveza, y mandaba dar pan y cerveza a cada uno de los que estaban con él, según su deseo.

El santísimo día del Sábado, terminados los oficios nocturnos y rezado el amado salterio, entraba en un baño que le habían preparado, del que nunca solía usar en aquel tiempo sino el sábado antes de Cuaresma, a mediados de Cuaresma y en ese día. Lavado el cuerpo y puestos los vestidos preparados, se disponía solemnemente para el sagrado oficio y ordenaba que todo el clero estuviera preparado con él a la hora nona del día; y en seguida, cantada la letanía triple, bendecido el cirio y concluidas las lecturas y los tractos, iba con la letanía quíntuple y con toda honra a la iglesia de San Juan Bautista para consagrar la fuente bautismal; y tras bautizar allí a tres niños, volvía con la letanía séptuple a la sacristía para prepararse para la misa, mientras entretanto el clero salmodiaba en el coro. Celebradas solemnemente las solemnidades de la misa junto con las Vísperas, distribuido el Cuerpo de Cristo y depuestas las vestiduras sagradas, aquel día se ponía la mesa para la comida y él se sentaba con una gran multitud, y cuando todos se habían saciado en abundancia, les permitía volver gozosos a sus alojamientos.

Al llegar el deseadísimo y santísimo día de Pascua, después de Prima entraba en la iglesia de San Ambrosio, donde el Viernes Santo había depositado el Cuerpo de Cristo con una piedra encima, y allí con unos pocos clérigos celebraba una misa de la Santísima Trinidad. Acabada la misa, se ponía al frente del clero, que entretanto se había reunido en el refectorio situado junto a esa misma iglesia, revestido con los ornamentos más solemnes, llevando consigo el Cuerpo de Cristo y el Evangeliario, con cirios e incienso; y con un saludo conveniente de versos cantados por los niños, atravesaba el atrio hasta la iglesia de San Juan Bautista, y allí cantaba Tercia; y desde allí, con antífonas muy apropiadamente compuestas en honor de este día, en una hermosísima procesión en que caminaban de dos en dos por su orden, llegaba a la catedral para celebrar la misa.

Missa itaque devotissime religiosissimeque decantata, cunctisque sacramenta Christi accipientibus et in sua revertentibus, ille ad cibum accessit, ibi mensas tres omni decore praeparatas invenit: unam cui ille cum quibus valebat assidere solebat, et aliam matriculis, tertiam congregationi sanctae Afrae. Sanctificato itaque cibo, carnes agni et particulas lardi inter missarum solemnia benedicti omnibus dispensavit, et tunc demum cibum cum eis omni gaudio sumpsit. Tempore enim statuto symphoniaci venerunt quorum tam copiosa multitudo fuit, ut pene inter capedinem aulae secundum ordinem stando implevissent, et tres modos symphonizando perfecerunt. His ita gaudiis multiplicatis, canonici, praecipiente episcopo, charitatem accipientes et rogantes, unum responsorium de resurrectione Domini interim decantaverunt. Et hac charitate expleta, ad alteram mensam congregatio S. Afrae similiter fecit. Appropinquante vero vespera, ille sibi et secum sedentibus laetanter pocula porrigere praecepit, et tertiam charitatem omnes charitative bibere rogavit, acceptaque ea charitate, tertium responsorium omnis clerus simul cum laetitia decantavit. Quo decantato, hymnum decantando canonici surrexerunt, ut apte praeparati ad Vesperam devenire potuissent. Vespera autem peracta, episcopus, cum hospitibus et militibus, ad suam aedem omnes exhilarandos revertebatur.

Mane vero quod est die lunae, clerus totus ad Sanctam Afram congregabatur, ut episcopum venientem formosissimis paraturis indutus honorifice suscepisset, quia ejus consuetudo erat ut eo die ibi sacrarum solemniis missarum Deo militaret, et post peracta sacrarum missarum solemnia multitudinem populi illuc congregati sacro chrismate confirmaret, et his ita peractis, ad civitatem rediit, et ibi totam paschalem hebdomadam devotissime celebravit.

V

Finita paschali solemnitate, cum alicujus rei necessitas proposuisset, ut ad alia loca vel ad monasteria pertinentia ad episcopatum legitime pergere potuisset, Wthinuvanc, Staphense, Fauces, Wissintesteiga, Heuvibach, (quae nunquam in beneficium laicorum concessit, nisi de exterioribus locis ad eadem monasteria pertinentibus alicui de isto pago in quo monasterium suum situm est concessisset, ut ibi advocatum monasterii habere potuisset, ut ecclesiasticae ab eo res defenderentur, sed ad suam potestatem optima quaeque detinuit, ea videlicet causa ut facultatem ea visitandi et ibi manendi, et quae necessaria erant corrigendi in stipendiis habuisset), sedebat itaque in solio super carpentum composito, de humerulis plaustri in ferro pendente, et cum eo unus clericus de capellanis ejus, qui cum eo totos dies psalmos decantasset. Non ideo quando inprimis tali modo pergere coepit nisi adhuc caballicare potuisset, sed ut a populis sequestraretur, ne a cantatione psalmorum eorum colloquiis ineptis impediretur.

Cantada, pues, la misa con suma devoción y religiosidad, y recibidos por todos los sacramentos de Cristo y vueltos a sus casas, él iba a la comida y encontraba allí tres mesas preparadas con todo decoro: una a la que solía sentarse él con quienes quería, otra para el clero de la catedral y la tercera para la comunidad de Santa Afra. Bendecida, pues, la comida, repartía a todos la carne de cordero y los trocitos de tocino bendecidos durante la solemnidad de la misa, y solo entonces tomaba la comida con ellos con todo gozo. A la hora señalada llegaban los músicos, en tan gran número que, de pie y en orden, casi llenaban el espacio de la sala, y tocaban juntos tres melodías. Multiplicadas así las alegrías, los canónigos, por mandato del obispo, recibiendo la copa de la caridad y pidiéndola, cantaban entretanto un responsorio de la resurrección del Señor. Y bebida esta caridad, la comunidad de Santa Afra hacía lo mismo en la otra mesa. Al acercarse la tarde, mandaba con alegría servir copas a él y a los que se sentaban con él, y rogaba a todos que bebieran caritativamente la tercera caridad; y recibida esta, todo el clero junto cantaba con alegría el tercer responsorio. Cantado este, los canónigos se levantaban cantando un himno, para poder acudir bien preparados a las Vísperas. Terminadas las Vísperas, el obispo volvía a su casa con los huéspedes y los caballeros para alegrarlos a todos.

A la mañana siguiente, que es el lunes, todo el clero se reunía en Santa Afra, revestido con los más hermosos ornamentos, para recibir con honra al obispo cuando llegara; porque era su costumbre servir ese día allí a Dios en la solemnidad de las sagradas misas y, terminadas estas, confirmar con el sagrado crisma a la multitud del pueblo allí reunida; y hecho esto, volvía a la ciudad y celebraba allí con suma devoción toda la semana de Pascua.

V

Terminada la solemnidad pascual, si surgía la necesidad de que fuera, como correspondía, a otros lugares o a los monasterios pertenecientes al obispado —Feuchtwangen, Staffelsee, Füssen, Wiesensteig, Habach, que nunca concedió en beneficio a laicos, salvo que concediera algunas de las tierras exteriores pertenecientes a esos monasterios a alguien de la comarca en que estaba situado el monasterio, para tener allí un abogado del monasterio por quien fueran defendidos los bienes eclesiásticos; pero lo mejor lo retuvo bajo su propia potestad, a fin de tener en sus rentas los medios para visitarlos, permanecer allí y corregir lo que fuera necesario—, se sentaba en un asiento colocado sobre un carruaje, suspendido de las varas del carro por hierros, y con él uno de sus capellanes, que cantaba salmos con él todo el día. Cuando comenzó a viajar de este modo no fue porque ya no pudiera cabalgar, sino para mantenerse apartado de la gente, a fin de que sus conversaciones vanas no le estorbaran el canto de los salmos.

Comitari vero semper cum illo aliquos suos presbyteros prudentissimos, et de capellanis tantum ut quotidie servitium Dei decore perficere potuisset praecepit. Similiter et de vasallis suis semper secum aliquos sapientissimos habere voluit, si ei aliquod negotium de ecclesiasticis rebus vel saecularibus ad tractandum devenisset, ut eorum consilio caute tractare et regere semper paratus esset. Fuerunt etiam electi de familia semper qui trahentibus bobus ductores fuissent, et eum ante et retro ad dexteram et ad laevam caute observassent, quibus ille quotidie tantam annonae copiam per seipsum et per ministros ejus dare fecit in praesentia ejus, ut triplici numero virorum sufficere potuisset. Amantissimus quoque comitatus pauperum semper cum eo inter sua loca ibat; qui virtutem caballicandi habebant in cautissimis ambulatoribus pergebant. Alii autem his vehiculis in quibus soliti erant pergere, cum carpentis episcopalia ministeria portantibus perrexerunt. Quorum vero mansiunculas et totas procurationes ipse per aliquem suorum fidelium quotidie caute disposuit.

Nunquam vero in aliquo praedictorum monasteriorum otiosus manebat, nisi in aedificiis ecclesiae, vel claustrorum, vel aliorum aedificiorum, vel murorum antea praeparatis, et collectis supellectilibus laborasset. Vitam vero in eodem monasterio Deo militantium monachorum sive canonicorum et stipendia eorum omnino regere et componere studuit, et jus familiae dissolvere omnimodo non concessit. Dona etiam sancti Spiritus tradere, ubi necessitas fuit, confirmatione chrismatis non omisit.

VI

Gratum autem et necessarium iter populis, cum quarto anno, secundum constitutionem canonum ministerium suum ad implendum, causa regendi et praedicandi atque confirmandi dioecesim sibi commissam visitare decrevisset, eodem modo, sicut superius diximus, in solio carpenti superposito sedebat, psalmosque solito more decantabat, eunuchum illum imitans qui, legens Isaiam prophetam super currum suum sedens, per viam pergebat, cui praecipiente Spiritu sancto Philippus adjunctus est, qui, ab eo praedicatus et baptizatus, fidem sanctae Trinitatis accepit, aestimans pro certo, quantum se colloquiis humanis subtraxisset, ut tantum se divinis propinquiorem facere potuisset. Ad loca autem illa cum pervenisset ubi concilia sua denuntiata fuerant, cum evangelio et aqua benedicta et sonantibus campanis et tanta honorificentia susceptus est, quantum illis qui ibi congregati sunt virtus suppetebat.

Mandó que siempre lo acompañaran algunos de sus presbíteros más prudentes, y de sus capellanes los suficientes para poder cumplir cada día con decoro el servicio de Dios. Del mismo modo quiso tener siempre consigo a algunos de sus vasallos más sabios, por si le llegaba algún asunto eclesiástico o secular que tratar, para estar siempre preparado a tratarlo y resolverlo con cautela con su consejo. Había también siempre hombres escogidos de la servidumbre que guiaban a los bueyes que tiraban del carruaje y lo vigilaban con cuidado por delante y por detrás, a derecha e izquierda; y a estos les hacía dar cada día, por sí mismo y por sus servidores, en su presencia, tal cantidad de grano que habría bastado para el triple de hombres. Iba también siempre con él de un lugar a otro una amadísima compañía de pobres; los que podían cabalgar iban en mansísimas cabalgaduras de paso. Otros iban en los vehículos en que solían viajar, junto con los carros que llevaban el ajuar episcopal. Él mismo disponía con cuidado cada día, por medio de alguno de sus fieles, sus alojamientos y todo su sustento.

En ninguno de dichos monasterios permanecía nunca ocioso, sino que trabajaba en las obras de la iglesia, de los claustros, de otros edificios o de las murallas, preparadas de antemano y con los materiales ya reunidos. Procuró regular y ordenar en todo la vida de los monjes o canónigos que servían a Dios en cada monasterio y sus rentas, y de ningún modo consintió que se deshiciera el derecho de la servidumbre. Tampoco omitió conferir los dones del Espíritu Santo con la confirmación del crisma donde había necesidad.

VI

Grato y necesario para los pueblos era el viaje que hacía cada cuatro años, cuando, según lo establecido por los cánones, decidía visitar la diócesis a él confiada para cumplir su ministerio de gobernar, predicar y confirmar. Se sentaba del mismo modo, como dijimos antes, en un asiento colocado sobre un carruaje y cantaba los salmos como de costumbre, imitando a aquel eunuco que iba por el camino sentado en su carro leyendo al profeta Isaías, al que por mandato del Espíritu Santo se unió Felipe, y que, predicado y bautizado por él, recibió la fe de la Santísima Trinidad; porque tenía por cierto que, cuanto más se sustrajera a las conversaciones humanas, tanto más podría acercarse a las divinas. Cuando llegaba a los lugares donde se habían anunciado sus concilios, era recibido con el Evangeliario, agua bendita y repique de campanas, y con tanta honra cuanta permitían las fuerzas de los allí reunidos.

Statim vero missa celebrata in concilio considens, populum ante se vocari fecit, prudentioresque et veraciores sacramento interrogare praecepit, quae in illa parochia emendatione digna fuissent, et contra jura Christianitatis perpetrata peccata, ut ei veraci relatu nota fierent facta. Ut autem ab eis aliqua normam rectitudinis supergredientia cognita audivit, sine perceptione personarum, secundum judicium clericorum, ad tramitem rectitudinis, quantum, omnipotenti Deo juvante, potuit, retrahere festinavit, et male pullulata surcula vitiorum falcastro verbi Dei studiosissime resecare, ne virgulta malorum germinum segetem Christi sibi commissam suffocare licentiam habuissent; et morbis vitiorum aptissima fomenta emendationum opposuit, sed tamen secundum verbum Dei dicentis: Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. Ea vero quae difficilia et insuperabilia ministris suis esse ab eis comperit, in praesentia sui, omnium cum eo manentium adjutorio, percauta directione finiri contendit. Quae autem ab eis sine obtrectatione aliorum in statum rectitudinis converti persensit, eorum regimini perficiendum firmiter commendavit. Ille autem, sequens regulam sui ministerii, Spiritus sancti donum populo ad hoc illud congregato, sacrae unctionis confirmationem studuit imponere.

Si autem his adhuc imperfectis nox solito more subrepens advenit, ne aliqua pars ovium sibi commissarum detrimento privationis coelestis doni gravaretur, incensis luminaribus in nomine Domini coepta perficere decertavit. Interdum autem, cum de refragatoribus justitiae tanta contentio excrevisset, ut, decedente die, tenebrae noctis funderentur in mundo, ne pro eo concilia inibi ventilata remanerent incorrecta, luminibus incensis regulas canonicas legere praecepit, ut seris justitiae ora refragatorum oppilarentur, et justis judiciis omnia in Dei voluntate consummarentur. Cum autem completo concilio vel confirmatione ad mansiunculas rediit, corpus reficiendum non prius prandium gustavit, quam pauperibus eleemosynae ab eo clerico cui illa obedientia erat commendata erogabantur. Debilibus autem cum eo advenientibus in sua praesentia collocatis, abundantem refectionem apponi praecepit.

In quibusdam autem diebus capitula cum clericis habere disposuit in his locis ubi haec aptissime fieri archipresbyteri putaverunt, et ubi eum ab aliis mundanis conciliis absolutiorem esse arbitrabantur. Congregatis ante se clericis, archipresbyteros et decanos, et optimos quos inter eos invenire potuit, caute interrogavit qualiter quotidianum Dei servitium ab eis impleretur, et qualiter illis populus subjectus ex eis regeretur in studio praedicandi docendique; quantaque cautela infantes baptizarentur, infirmi visitarentur et ungerentur, defunctorum etiam corpora quanta compassione sepulturis traderentur; qualiter de decimis et oblationibus fidelium

En cuanto se celebraba la misa, se sentaba en concilio, hacía llamar al pueblo ante sí y mandaba interrogar bajo juramento a los más prudentes y veraces sobre lo que en aquella parroquia fuera digno de enmienda y los pecados cometidos contra las leyes de la cristiandad, para que los hechos le fueran dados a conocer por un relato veraz. Y cuando oía de ellos cosas que traspasaban la norma de la rectitud, se apresuraba, sin acepción de personas y según el juicio de los clérigos, a reconducirlas a la senda de la rectitud cuanto podía con la ayuda de Dios omnipotente, y a cortar con sumo empeño, con la podadera de la palabra de Dios, los retoños de los vicios que habían brotado mal, para que los vástagos de los malos gérmenes no tuvieran libertad de sofocar la mies de Cristo a él confiada; y a las enfermedades de los vicios les aplicaba los remedios de enmienda más adecuados, pero siempre según la palabra de Dios que dice: Reprende, suplica, increpa con toda paciencia y doctrina (2 Tim 4,2). Lo que sabía por ellos que resultaba difícil e insuperable para sus ministros, procuraba que se resolviera en su presencia, con la ayuda de todos los que estaban con él, mediante una disposición muy cuidadosa. Lo que advertía que ellos podían reconducir al estado de rectitud sin censura de otros, lo encomendaba con firmeza a su gobierno para que lo llevaran a término. Él entonces, siguiendo la regla de su ministerio, procuraba conferir al pueblo allí reunido para este fin el don del Espíritu Santo, la confirmación de la sagrada unción.

Y si, sin haber terminado aún, sobrevenía la noche como de costumbre, para que ninguna parte de las ovejas a él confiadas sufriera el daño de verse privada del don celestial, hacía encender luces y se esforzaba en nombre del Señor por acabar lo comenzado. A veces, cuando había surgido tal contienda acerca de los que se oponían a la justicia que, al declinar el día, las tinieblas de la noche se extendían sobre el mundo, para que no quedaran sin corregir por ello los asuntos ventilados allí en el concilio, hacía encender luces y mandaba leer las reglas canónicas, para que con los cerrojos de la justicia se taparan las bocas de los contradictores y todo se concluyera con justos juicios conforme a la voluntad de Dios. Y cuando, terminado el concilio o la confirmación, volvía a su alojamiento, no probaba la comida para reponer el cuerpo antes de que el clérigo encargado de aquel oficio hubiera repartido las limosnas a los pobres. A los lisiados que venían con él los hacía sentar en su presencia y mandaba servirles una comida abundante.

Algunos días dispuso celebrar capítulos con los clérigos en los lugares donde los arciprestes juzgaban que esto podía hacerse del modo más conveniente, y donde lo creían más libre de otras asambleas mundanas. Reunidos los clérigos ante él, interrogaba con cuidado a los arciprestes y deanes, y a los mejores que podía hallar entre ellos: cómo cumplían el servicio diario de Dios y cómo gobernaban al pueblo a ellos sujeto en el empeño de predicar y enseñar; con cuánto cuidado se bautizaba a los niños, se visitaba y ungía a los enfermos, y con cuánta compasión se daba sepultura a los cuerpos de los difuntos; cómo se socorría a

pauperes et debiles recrearentur, viduis et orphanis in universis necessitatibus subvenirent; quantoque studio in hospitibus et advenis Christo ministrarent; si subintroductas mulieres secum habuissent, et inde crimen suspicionis inciderent; si cum canibus vel accipitribus venationes sequerentur, si tabernas causa edendi vel bibendi ingrederentur; si turpes jocos in usu haberent; si ebrietates et comessationes supra modum amarent; si rixis et contentionibus et aemulationibus deservirent; si nuptiis saecularibus interessent; vel si aliqui eorum ministeria indecentia in consuetudine haberent; si per Kalendas, more antecessorum suorum, ad loca statuta convenirent, ibique solitas orationes explerent, suasque Ecclesias ad tempus reviserent; si obedientiam eorum magistris praebuissent, et in toto suo ministerio devoti et apti manere studuissent. Responsione autem de interrogatis facta, et ratione veritatis percepta, stantibus in rectitudine dulcissimae consolationis gratia gratificavit, et ut deinceps a norma justitiae non deviarent, suavi colloquio admonuit; errones autem per devia incedentes fratres, dignis terruit correptionibus, et, ut postea consueta vitia omitterent, praecepit.

VII

Horum autem qui in suo episcopatu proprietates habebant, quisquis religiosorum propter amorem Christi ecclesiam componere cupiebat, et cum concessa licentia ab eodem sancto episcopo eam aedificaverat, consecrationemque habili tempore ab eo fieri flagitavit, aptissime uniuscujusque petitioni praebuit assensum, si confestim ille consecratae ecclesiae legitimam dotem in terris et mancipiis in manum ejus celsitudinis dare non differret, in conspectu civium suorum et testium veridicorum, ne postea gestae rei veritas offuscaretur; ea etiam ratione ut aliis circumjacentibus ecclesiis jura earum in nullis rebus propter illam novam minuerentur. Consecrationeque peracta, doteque contradicta, comprobato illic presbytero altaris procurationem commendavit, et ecclesiae advocationem firmite legitimo haeredi panno imposito commendavit. Alicujus oblationem muneris non exposcebat, nisi presbyter ejusdem ecclesiae aliquid propter honorem suum, et bonam voluntatem suam sponte eum accipere impetraret.

VIII

Jesu vero quodam tempore praeceptis obediendo, cum in pago Aldegowe nominatum ministerii sui officium implere decrevisset, venerunt quidam homines de eodem pago ad eum, lamentando dicentes: « Patres nostri in sua proprietate quam nobis reliquere, de lapidibus et caemento et lignis aediculam construxerunt,

los pobres y lisiados con los diezmos y ofrendas de los fieles, y si ayudaban a las viudas y a los huérfanos en todas sus necesidades; con cuánto celo servían a Cristo en los huéspedes y forasteros; si tenían consigo mujeres introducidas en sus casas y caían por ello en sospecha de delito; si iban de caza con perros o halcones; si entraban en las tabernas para comer o beber; si acostumbraban bromas torpes; si amaban sin medida las borracheras y comilonas; si se daban a riñas, contiendas y rivalidades; si asistían a bodas seculares, o si algunos de ellos tenían por costumbre ocupaciones indecorosas; si en las calendas, según la costumbre de sus antecesores, se reunían en los lugares establecidos y rezaban allí las oraciones acostumbradas, y visitaban sus iglesias a su debido tiempo; si habían prestado obediencia a sus superiores y procurado mantenerse devotos y aptos en todo su ministerio. Dada la respuesta a sus preguntas y conocida la verdad del asunto, alegraba a los que se mantenían en la rectitud con la gracia de un dulcísimo consuelo y los exhortaba con suaves palabras a no apartarse en adelante de la norma de la justicia; en cambio, a los hermanos errabundos que andaban por caminos extraviados los atemorizaba con merecidas reprensiones y les mandaba abandonar en adelante los vicios acostumbrados.

VII

Si alguno de los religiosos que tenían propiedades en su obispado deseaba, por amor de Cristo, construir una iglesia y, con licencia concedida por el santo obispo, la había edificado y le pedía que la consagrara en tiempo oportuno, accedía de muy buena gana a la petición de cada uno, con tal de que este no tardara en entregar al punto en mano de su señoría una dote legítima para la iglesia consagrada, en tierras y en siervos, a la vista de sus conciudadanos y de testigos veraces, para que después no se oscureciera la verdad de lo hecho; y también con la condición de que los derechos de las demás iglesias de alrededor no se vieran disminuidos en nada a causa de la nueva. Realizada la consagración y entregada la dote, encomendaba el cuidado del altar a un presbítero probado de aquel lugar, y confiaba con firmeza la abogacía de la iglesia al heredero legítimo, imponiéndole un paño. No exigía a nadie ofrenda ni regalo, a no ser que el presbítero de aquella iglesia le rogara espontáneamente que aceptara algo en señal de honra y de su buena voluntad.

VIII

En cierta ocasión, obedeciendo los preceptos de Jesús, cuando había decidido cumplir el oficio de su ministerio en la comarca llamada Aldegowe, vinieron a él algunos hombres de esa comarca y le dijeron lamentándose: «Nuestros padres construyeron en la propiedad que nos dejaron una pequeña iglesia de piedra, argamasa y madera, que

quam Deo et sanctis ejus dedicari voluerunt, et ut ipsi ibi sacrorum officiorum celebrationem audire meruissent, quia locus iste in magna vastitate eremi est situs, sed propter difficultatem viae et pauperiem substantiae eorum, nunquam episcopum ad consecrandam praefatam aediculam introducere potuerunt. » His auditis, Dei servus hilari vultu dicebat: « Potestis nunc ad tempus quae consecrationi ecclesiae sunt necessaria acquirere? » Qui amicorum consolationibus freti responderunt: « Possumus. » Quibus ille infit: « Cantum mihi viae ductorem dimittendo, antecedite, et quae sunt ordinanda ordinate, ecce ad vestrae subveniendum necessitati illuc perveniam, et, Deo juvante, ecclesiam consecrabo. » Die vero altera, consecratione peracta, cives ipsi secundum suam facultatem munera offerentes ante eum veniebant; quae videns, subridens dixit: « Non propter amorem alicujus muneris, sed ut vestrae necessitati consulerem, et servitium Dei in hoc loco multiplicaretur, huc veni, haec nobis oblata vestrae utilitati servantes, et in Dei servitio crescentes, manete in pace. » Haec dicens recessit, et de scrupulo viae nullam nisi quasi laetando querimoniam fecit.

IX

His vero bonorum operum studiis insistens, omnes apud eum commanentes exhortatione benignissima spiritualiter recreavit, docens non solum in verbis sed etiam in operationibus ut unusquisque Dominum ex omnibus viribus perfecte diligeret, et ejus amori nihil praeferret, et proximum tanquam seipsum, patrem et matrem honoraret; insuper omnes bonae voluntatis homines, de quibus angelica canit multitudo, dicens: Et in terra pax hominibus bonae voluntatis; malignis autem in omnibus eorum malis actibus resisteret, secundum sanctum prophetam David, dicentem: Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: timentes autem Dominum glorificat; quod quisque sibi noluisset, alteri non faceret; ecclesias Dei cum devotione mentis et humilitate et cum oblationibus crebro visitaret, ibique cum effusione lacrymarum et pro remissione peccatorum suorum et pro omnibus justis suis necessitatibus Deum flagitare satageret. Inimicis insuper indulgentiam postulare monebat, secundum orationem Dominicam, dicentem: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris; et secundum Evangelium: Sic et Pater meus coelestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris; et iterum: Dimittite, et dimittemini. Decimas omnium laborum suorum Domino et sanctis ejus, ecclesiisque quibus sunt terminatae, ne reatum Cain fratricidae inciderent cum magna cautela praesentare festinarent. Dominicas etiam dies et caeteras solemnitates in anno non solum in abstinentia servilium operum, sed et omnium vitiorum, devotissime venerari monuit; Eucharistiam quemque assidue accipere, atque ante acceptionem purgatum se exhibere; et post acceptionem mundum se custodire certaret.

quisieron dedicar a Dios y a sus santos para poder oír allí la celebración de los sagrados oficios, porque ese lugar está situado en una gran soledad desierta; pero por la dificultad del camino y la pobreza de sus recursos nunca pudieron llevar allí a un obispo para consagrar esa iglesia.» Al oír esto, el siervo de Dios les dijo con rostro alegre: «¿Podéis procuraros a tiempo lo necesario para la consagración de una iglesia?» Ellos, confiados en la ayuda de sus amigos, respondieron: «Podemos.» Él les dijo: «Dejadme solo un guía para el camino, id delante y disponed lo que haya que disponer; mirad, yo iré allá para socorrer vuestra necesidad y, con la ayuda de Dios, consagraré la iglesia.» Al día siguiente, realizada la consagración, aquellas gentes se presentaban ante él ofreciéndole regalos según sus posibilidades; él, al verlos, les dijo sonriendo: «No he venido aquí por amor de regalo alguno, sino para atender a vuestra necesidad y para que se multiplique el servicio de Dios en este lugar. Guardad para vuestro provecho esto que nos habéis ofrecido, creced en el servicio de Dios y quedad en paz.» Dicho esto, se marchó, y de la aspereza del camino no hizo queja alguna, sino como quien se alegra.

IX

Perseverando en estos afanes de buenas obras, reconfortaba espiritualmente con una benignísima exhortación a todos los que vivían con él, enseñando no solo con palabras sino también con obras que cada uno amara perfectamente al Señor con todas sus fuerzas y no antepusiera nada a su amor, y amara al prójimo como a sí mismo, y honrara a su padre y a su madre; además, que amara a todos los hombres de buena voluntad, de quienes canta la multitud angélica: Y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad (Lc 2,14); pero que resistiera a los malvados en todas sus malas acciones, según el santo profeta David, que dice: A sus ojos el malvado es reducido a nada, pero honra a los que temen al Señor (Sal 15,4); que nadie hiciera a otro lo que no quisiera para sí; que visitara a menudo las iglesias de Dios con devoción de espíritu y humildad y con ofrendas, y procurara allí suplicar a Dios con lágrimas por el perdón de sus pecados y por todas sus justas necesidades. Exhortaba además a pedir perdón para los enemigos, según la oración del Señor, que dice: Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos a nuestros deudores (Mt 6,12); y según el Evangelio: Así hará también con vosotros mi Padre celestial, si no perdonáis cada uno a vuestro hermano de corazón (Mt 18,35); y también: Perdonad, y seréis perdonados (Lc 6,37). Que se apresuraran a presentar con gran cuidado los diezmos de todos sus trabajos al Señor y a sus santos, y a las iglesias a las que estaban asignados, para no incurrir en la culpa de Caín el fratricida. Exhortaba también a venerar con suma devoción los domingos y las demás solemnidades del año, absteniéndose no solo de los trabajos serviles, sino también de todos los vicios; que cada uno procurara recibir asiduamente la Eucaristía, presentarse purificado antes de recibirla y conservarse limpio después de recibirla.

Dies Quadragesimae caeteraque jejunia antiquitus constituta, et noviter cum consensu inventa, omni monuit devotione ab omnibus custodiri, abnegationem sui facere, et Christi vestigia sequi, corpus castigare, delicias non amare, esurientes et sitientes escis et poculis recreare, nudis vestimenta praebere, infirmos et in angustiis constitutos visitare, egenis et vagis mansiunculas concedere, et quae sunt necessaria propter amorem Christi praebere, pupillos et viduas in tribulationibus visitare, atque in cunctis eorum necessitatibus subvenire, malitias in corde non retinere, et verbis aliquem ad iracundiam non provocare, iram deponere, vindictamque Domino concedere, nulli malum pro malo reddere, nec aliqua laesione exacerbare, maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere, et persecutionem pro justitia sustinere, discordantes et inimicitias inter se habentes ad unanimitatis concordiam revocare, Deo resistentibus resistere, et sibi cum fide militantibus juvamina praebere, nullo octo vitiorum principalium quae omne genus hominum infestant scandalo laqueari.

Quaerentibus autem quae essent octo vitia principalia, respondit non solum illis, sed et his qui adhuc in haesitatione manent, quae sint octo vitia, dicens: Primum est gastrimargia, hoc est ventris ingluvies, cum sua prole: comessatione et ebrietate; secundum est fornicatio, cum sua prole: turpiloquio, scurrilitate, ludicris, quae etiam sunt stultiloquia; tertium est philargyria, hoc est, avaritia sive amor pecuniae, cum sua: prole mendacio, fraudatione, furto, perjurio, turpis lucri appetitu, falso testimonio, violentia, inhumanitate, voracitate ac rapacitate; quartum, ira, cum sua prole: homicidio, clamore et indignatione; quintum, tristitia, cum sua prole: rancore, pusillanimitate, amaritudine, desperatione; sextum acedia, cum sua prole: otiositate, somnolentia, importunitate, inquietudine, pervagatione, instabilitate mentis et corporis, verbositate et curiositate; septimum cenodoxia, hoc est, vana gloria, cum sua prole: contentione, haeresi, jactantia, ac praesumptione novitatum; octavum superbia, cum sua prole: contemptu, invidia, inobedientia, blasphemia, murmuratione, detractatione, inimicitia. Beatum vero dicebat, qui in istis vitiorum pedicis non offendebat.

Octo vero notissimas beatitudines a Deo in Evangelio enumeratas, auribus cordis caute percipere, et intimis cogitationibus firmiter inserere, ut in tempore tentationis malignis spiritibus eas evellere virtus non concedatur, sed unusquisque ad spem coelestium desideriorum earum consolationibus sublevetur; Agno vero omnipotentis Dei Christo tollenti crimina mundi, semper die noctuque multiplices laudes et gratias totis desideriis et omnibus viribus referre, quia dignus est sua incarnatione, et nativitate, et baptismo, et crucifixione, et sepultura, et resurrectione, et ascensione solvere signacula septem libri signati, in visione sancto Joanni apostolo in Pathmos insula ostensi.

Exhortaba a que todos guardaran con toda devoción los días de Cuaresma y los demás ayunos establecidos antiguamente y los instituidos de nuevo por común acuerdo; a negarse a sí mismos y seguir las huellas de Cristo, castigar el cuerpo, no amar los deleites, saciar con comida y bebida a los hambrientos y sedientos, dar vestido a los desnudos, visitar a los enfermos y a los que están en angustias, conceder alojamiento a los necesitados y a los vagabundos y darles lo necesario por amor de Cristo, visitar a los huérfanos y a las viudas en sus tribulaciones y socorrerlos en todas sus necesidades; a no guardar maldad en el corazón ni provocar a nadie a ira con palabras, sino deponer la ira y dejar la venganza al Señor; a no devolver a nadie mal por mal ni exasperarlo con ofensa alguna; a no maldecir a los que maldicen, sino más bien bendecirlos, y a soportar la persecución por la justicia; a llamar a la concordia de un mismo sentir a los que están en discordia y enemistad entre sí; a resistir a los que resisten a Dios y prestar ayuda a los que luchan por él con fidelidad; y a no dejarse enredar por el tropiezo de ninguno de los ocho vicios capitales que acosan a todo el género humano.

Cuando algunos le preguntaron cuáles eran los ocho vicios capitales, respondió, no solo a ellos sino también a los que todavía dudan, cuáles son los ocho vicios, diciendo: El primero es la gastrimargia, es decir, la glotonería del vientre, con su prole: la comilona y la embriaguez; el segundo es la fornicación, con su prole: la palabra torpe, la chocarrería y las burlas, que son también necedades; el tercero es la filargiria, es decir, la avaricia o amor al dinero, con su prole: la mentira, el fraude, el hurto, el perjurio, el afán de ganancia vergonzosa, el falso testimonio, la violencia, la inhumanidad, la voracidad y la rapacidad; el cuarto, la ira, con su prole: el homicidio, el clamor y la indignación; el quinto, la tristeza, con su prole: el rencor, la pusilanimidad, la amargura y la desesperación; el sexto, la acedia, con su prole: la ociosidad, la somnolencia, la importunidad, la inquietud, el vagabundeo, la inestabilidad de alma y de cuerpo, la verbosidad y la curiosidad; el séptimo, la cenodoxia, es decir, la vanagloria, con su prole: la contienda, la herejía, la jactancia y la presunción de novedades; el octavo, la soberbia, con su prole: el desprecio, la envidia, la desobediencia, la blasfemia, la murmuración, la detracción y la enemistad. Y decía que es bienaventurado el que no tropieza en estos lazos de los vicios.

Exhortaba a percibir con cuidado con los oídos del corazón las ocho conocidísimas bienaventuranzas enumeradas por Dios en el Evangelio, y a fijarlas firmemente en lo íntimo de los pensamientos, para que en el tiempo de la tentación no se conceda a los espíritus malignos fuerza para arrancarlas, sino que cada uno se eleve con sus consuelos a la esperanza de los anhelos celestiales; y a tributar siempre, día y noche, con todo el deseo y todas las fuerzas, múltiples alabanzas y acciones de gracias a Cristo, el Cordero de Dios omnipotente que quita los pecados del mundo, porque es digno, por su encarnación y nacimiento, su bautismo y crucifixión, su sepultura, resurrección y ascensión, de abrir los siete sellos del libro sellado que fue mostrado en visión al apóstol san Juan en la isla de Patmos.

Intente autem et subnixe omnium in commune benevolentiam postulavit: si qui essent qui in semetipsis segetem aliquarum victutum excrevisse sentirent, non suis meritis, sed omnipotentis Dei misericordiae applicarent, ne subito jactantiae grandine in eis necaretur, sed tempestiva maturitate, protegente Spiritu sancto, in horreis Christi collocaretur.

Os a malo vel pravo eloquio custodire, lectiones sanctas libenter audire, mala sua praeterita cum gemitu et lacrymis quotidie in oratione Deo confiteri, et deinceps emendare, desideria carnis non perficere, voluntatem propriam frangere, sacerdotum praeceptis obedire, etiamsi ipsi, quod absit! aliter agant, eos imitantes, de quibus Dominus dicit: Dicunt enim, et non faciunt. Castitatem amare monuit, nullum odire, invidiam et zelum non habere, contentiones non colere, elationem odire, venerari seniores, diligere juniores, timorem Domini in corde et animo sine intermissione habere, credere oculos Domini omnia videre, et aures ejus omnia audire, Psalmista dicente: Ecce oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum, vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.

Diem vero obitus sui et diem extremi judicii, in quo dicturus est Dominus his qui eum recreare et vestire et visitare in suis pauperibus quotidie festinant, qui ab auditione mala non timebunt, illud: Venite, benedicti Patris mei, etc., illis autem haec negligentibus, et Deo in suis membris non ministrantibus: Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis ejus, ante oculos semper suspectam et timidam habere; et poenas maledictis praeparatas oculis mentis saepissime intueri; et locum pessimum qui semper est sine refrigerio, et sine splendore, et sine dulcedine, et erit sine fine, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur, ubi fletus et stridor dentium, sine intermissione semper auditur, ubi vorans flamma machinationibus diaboli semper renovabitur, ubi consolationis spes omnino non habetur, sed de hora in horam tristitia augetur, quia finem manendi invenire non possunt, sed cum his quibus in hoc saeculo ministravere, in angustiis sine fine perseverant.

Dei autem benedictis et in ejus dextera collocatis quanta gaudia atque tripudia maneant, semper, quantum humanis mentibus possibile est, cogitare oportet, de quibus scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se.

Pedía con insistencia y humildad la benevolencia de todos en común: si había algunos que sintieran que en sí mismos había crecido la mies de algunas virtudes, que no lo atribuyeran a sus propios méritos, sino a la misericordia de Dios omnipotente, para que no la matara en ellos el granizo repentino de la jactancia, sino que, madurando a su tiempo bajo la protección del Espíritu Santo, fuera guardada en los graneros de Cristo.

Guardar la boca de la palabra mala o perversa; escuchar de buena gana las lecturas santas; confesar cada día a Dios en la oración, con gemidos y lágrimas, los pecados pasados, y enmendarse en adelante; no cumplir los deseos de la carne; quebrantar la propia voluntad; obedecer los preceptos de los sacerdotes aunque ellos mismos, lo que Dios no quiera, obren de otro modo, imitando a aquellos de quienes dice el Señor: Porque dicen, y no hacen (Mt 23,3). Exhortaba a amar la castidad, no odiar a nadie, no tener envidia ni celos, no fomentar contiendas, odiar la soberbia, venerar a los mayores, amar a los jóvenes, tener sin cesar en el corazón y en el alma el temor del Señor, creer que los ojos del Señor lo ven todo y sus oídos lo oyen todo, como dice el Salmista: He aquí que los ojos del Señor están sobre los justos, y sus oídos atentos a sus súplicas; pero el rostro del Señor está contra los que hacen el mal, para borrar de la tierra su memoria (Sal 34,16-17).

Que tuvieran siempre ante los ojos, con recelo y temor, el día de su muerte y el día del juicio final, en el que el Señor dirá a los que cada día se apresuran a reconfortarlo, vestirlo y visitarlo en sus pobres, y que no temerán la mala noticia, aquellas palabras: Venid, benditos de mi Padre (Mt 25,34), etcétera; pero a los que descuidan esto y no sirven a Dios en sus miembros: Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno, preparado para el diablo y sus ángeles (Mt 25,41); y que contemplaran muy a menudo con los ojos del alma las penas preparadas para los malditos, y aquel lugar pésimo que está siempre sin refrigerio, sin resplandor y sin dulzura, y será sin fin, donde su gusano no muere y el fuego no se apaga (Mc 9,48), donde se oye siempre y sin cesar el llanto y el rechinar de dientes, donde la llama devoradora se renovará siempre por las maquinaciones del diablo, donde no hay esperanza alguna de consuelo, sino que la tristeza crece de hora en hora, porque no pueden hallar fin a su permanencia, sino que perseveran en angustias sin fin con aquellos a quienes sirvieron en este siglo.

En cambio, cuántos gozos y regocijos esperan a los benditos de Dios y colocados a su derecha, conviene pensarlo siempre, cuanto es posible a las mentes humanas; de ellos está escrito: Lo que el ojo no vio, ni el oído oyó, ni subió al corazón del hombre, lo que Dios preparó para los que le aman (1 Cor 2,9).

Ubi hymnidici angelorum chori inenarrabili claritate fulgebunt; ubi celsitudo patriarcharum digno honore remunerata gaudebit; ubi verax prophetarum ordo, prophetiis suis in toto expletis, Deo gratias agere non cessat; ubi judex apostolorum chorus, accepta ante promissa mercede, perenniter exsultabit; ubi martyres, palma martyrii eorum coronati, consolatione perfruuntur aeterna; ubi confessores, praemiis suis multiplicatis, in Dei laudibus perseverant; ubi virgines centesimi fructus retributione abundant, et viduae sexagesimi fructus restitutione honorantur; ubi monachi, ex resignatione saecularium omnium, cum esurientibus et sitientibus justitiam Dei, expletis eorum desideriis, satiati, Dei laudibus insistere non cessabunt; ubi poenitentes, depositis delictorum suorum oneribus, sine fine Deum laudantes congaudent; ubi pueri Agnum in albis sequentes, sub throno angelis concordantes, Deum laudare cantando, non cessant; ubi gloriosissima virgo, Dei genitrix, Maria, super choros angelorum exaltata, inaestimabili claritate et formositate omnes hilarans conspicitur; ubi justi sicut sol fulgebunt, et omnes sancti Creatorem suum et omnium creaturarum, in sua claritate facie ad faciem gaudendo videbunt, ab eis auferentem omnem metum et omnem moerorem et tristitiam, atque omnem adversitatem.

In illo regno lux solis et lunae et stellarum non est necessaria; fames et sitis nulli nocebunt, frigus vel aestus nullum fatigabunt, infirmitas et dolor nulli advenient, venturae senectutis miseria non timebitur, sed sicut in die judicii corpora mortuorum in mensura aetatis plenitudinis Christi resurgent, in ea etiam impassibilitate et pulchritudine permanebunt. Nuptiae ibi non celebrantur, et progenies hominum postea non multiplicabitur, sed completus numerus justorum non minuetur, sed sine fine in gaudio servabitur; insidias diaboli ultra non timebit, indulgentia peccatorum ultra non indigebit; sicut angeli in primae conditionis impassibilitate permanebunt, sic et homines, post resurrectionem aequales angelis, in sobrietate et incommutabilitate perseverant in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus aedificata, quae dicitur duodecim lapidibus pretiosis esse ornata atque fundata, quorum nomina et ordinem sanctus Joannes apostolus et evangelista in Apocalypsi enumerat: ubi jaspidem in primo fundamento positum dicit, quem dicunt omnia phantasmata fugare, in quo fidei viriditas designatur; sapphirum in secundo, qui spem coelestis beatitudinis designat; calcedonem in tertio, qui flammam internae charitatis figurat; in quarto smaragdum, qui ejusdem fidei fortem inter adversa confessionem figurat; in quinto sardonichum, sanctorum inter virtutes humilitatem significantem; in sexto sardium, in quo sanctorum martyrum cruor exprimitur; in septimo chryzolithum, in quo spiritualis inter miracula praedicatio figuratur; in octavo beryllum, in

Allí los coros de los ángeles, cantores de himnos, brillarán con inefable claridad; allí la excelsitud de los patriarcas se alegrará recompensada con la honra debida; allí el veraz orden de los profetas, cumplidas del todo sus profecías, no cesa de dar gracias a Dios; allí el coro de los apóstoles, los jueces, recibida la recompensa antes prometida, exultará para siempre; allí los mártires, coronados con la palma de su martirio, gozan del consuelo eterno; allí los confesores, multiplicados sus premios, perseveran en las alabanzas de Dios; allí las vírgenes abundan en la retribución del fruto del ciento por uno, y las viudas son honradas con la recompensa del sesenta; allí los monjes, por su renuncia a todas las cosas del siglo, saciados junto con los que tienen hambre y sed de la justicia de Dios, cumplidos sus deseos, no cesarán de entregarse a las alabanzas de Dios; allí los penitentes, depuestas las cargas de sus pecados, se alegran juntos alabando a Dios sin fin; allí los niños que siguen al Cordero vestidos de blanco, concordes con los ángeles bajo el trono, no cesan de alabar a Dios con sus cantos; allí la gloriosísima Virgen María, Madre de Dios, exaltada sobre los coros de los ángeles, aparece alegrando a todos con inestimable claridad y hermosura; allí los justos brillarán como el sol (Mt 13,43), y todos los santos verán con gozo cara a cara, en su claridad, a su Creador y Creador de todas las criaturas, que les quitará todo temor, todo pesar y tristeza y toda adversidad.

En aquel reino no es necesaria la luz del sol, de la luna ni de las estrellas; el hambre y la sed no dañarán a nadie, el frío y el calor no fatigarán a nadie, la enfermedad y el dolor no alcanzarán a nadie, no se temerá la miseria de la vejez venidera; sino que, así como en el día del juicio los cuerpos de los muertos resucitarán en la medida de la edad de la plenitud de Cristo, así permanecerán también en aquella impasibilidad y hermosura. Allí no se celebran bodas, y la descendencia de los hombres no se multiplicará ya más; pero el número completo de los justos no disminuirá, sino que se conservará sin fin en el gozo; no temerá ya las asechanzas del diablo, no necesitará ya el perdón de los pecados; así como los ángeles permanecerán en la impasibilidad de su primera condición, así también los hombres, iguales a los ángeles después de la resurrección, perseveran en la sobriedad y en la inmutabilidad en la ciudad de nuestro Dios, edificada sobre su monte santo, de la que se dice que está adornada y fundada sobre doce piedras preciosas, cuyos nombres y orden enumera san Juan, apóstol y evangelista, en el Apocalipsis. Dice que en el primer cimiento está puesto el jaspe, del que dicen que ahuyenta todos los fantasmas, y en el que se significa el verdor de la fe; en el segundo, el zafiro, que significa la esperanza de la bienaventuranza celestial; en el tercero, la calcedonia, que figura la llama de la caridad interior; en el cuarto, la esmeralda, que figura la valiente confesión de esa misma fe en medio de las adversidades; en el quinto, el sardónice, que significa la humildad de los santos en medio de sus virtudes; en el sexto, la cornalina, en la que se expresa la sangre de los santos mártires; en el séptimo, el crisólito, en el que se figura la predicación espiritual en medio de los milagros; en el octavo, el berilo, en el que

quo praedicantium perfecta operatio significatur; in nono topazion, in quo eorumdem ardens contemplatio monstratur; in decimo chrysoprasum qui beatorum martyrum opus pariter et praemium significat; in undecimo hyacinthum, qui coelestem ad alta sublevationem, et propter humilem ad humana descensionem figurat; in duodecimo amethystum, qui coelestis semper regni in humilium animo memoriam designat.

Haec positio duodecim lapidum figurat firmitatem apostolorum, qui in fundamento Ecclesiae sunt positi, sicut Salvator mundi beato dixit Petro: Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Haec dicendo ad Petrum omnibus notum fecit apostolis quod super eos esset Ecclesia sua aedificanda, quorum sonus in omnem terram exivit, et in fines orbis terrae verba eorum. Si apostoli fundamentum domus Dei sunt, et omnis Christianitas, aedificatio ejusdem templi, manere debet, dicente Apostolo: Templum Dei sanctum est, quod estis vos, et Dei aedificatio estis, etc., studeamus omnes totis viribus nos Aedificatori et Inhabitatori conjungere, ut doctoribus nostris in fundamentum positis, eo donante, superaedificari mereamur; ut inter electos lapides positi, et praefatis ordinibus juncti videamur; ut Creatorem et Redemptorem nostrum judicem vivorum et mortuorum, facie ad faciem videntes, cum eis laudare mereamur per infinita saecula saeculorum. Amen.

X

Longe lateque cum fama ejus bonitatis dilataretur, et diabolus eum in hoc culmine virtutum stantem videret, omnigenis malitiae suae astutiis nitebatur in aliquam difficultatis voraginem immergere, et ab incoeptis bonis impedire. His vero temporibus Liutolfus, filius Ottonis gloriosi regis, dux erat Alamannorum, cui pater ejus antea gentes omnes regionum suae ditioni subjectarum sacramento post finem vitae suae subjugaverat; patruus autem ejusdem Liutolfi Henricus, frater regis, dux existit Noricorum: qui vero inter se propter confinia regionum ex suasione malignorum hominum rixas et contentiones exercere coeperunt. Cumque eos rex nullatenus ad concordiam et pacem revocare potuisset, objecit se filio, et in adjutorium fratris convertitur. Cum autem filius ejus, cum universis quos congregare potuerat, ei resistere niteretur, atque extorrem regalis potentiae agere moliretur, Henricus, praefatus dux, commendata civitate Ratisbona, totaque regione Noricorum, Arnolfo Palatino comiti, et caeteris insuper suis fidelibus, perrexit ad regem. Moram autem ibi illo faciente, praefatus Arnolfus cum multitudine populi fraudulenter Ratisbonam cum caeteris urbibus, et cum frequentia populorum, et cum omnibus quibus potuit. Liutolfi potestate subegit.

se significa la obra perfecta de los predicadores; en el noveno, el topacio, en el que se muestra su ardiente contemplación; en el décimo, el crisoprasio, que significa a la vez la obra y el premio de los bienaventurados mártires; en el undécimo, el jacinto, que figura la elevación celestial hacia lo alto y el descenso a lo humano por amor a los humildes; en el duodécimo, la amatista, que significa el recuerdo del reino celestial siempre presente en el alma de los humildes.

Esta disposición de las doce piedras figura la firmeza de los apóstoles, que están puestos en el cimiento de la Iglesia, como dijo el Salvador del mundo al bienaventurado Pedro: Tú eres Pedro, y sobre esta piedra edificaré mi Iglesia (Mt 16,18). Al decir esto a Pedro, dio a conocer a todos los apóstoles que su Iglesia había de ser edificada sobre ellos, cuyo pregón salió por toda la tierra, y sus palabras hasta los confines del orbe (Sal 19,5). Si los apóstoles son el cimiento de la casa de Dios, y toda la cristiandad ha de permanecer como edificio de ese mismo templo, según dice el Apóstol: El templo de Dios es santo, y ese templo sois vosotros, y sois edificio de Dios (1 Cor 3,17.9), etcétera, procuremos todos con todas nuestras fuerzas unirnos a su Constructor y Morador, para que, puestos nuestros doctores como cimiento, merezcamos por su don ser edificados sobre ellos; para que se nos vea colocados entre las piedras escogidas y unidos a los órdenes ya dichos; para que, viendo cara a cara a nuestro Creador y Redentor, juez de vivos y muertos, merezcamos alabarlo con ellos por los siglos infinitos de los siglos. Amén.

X

Cuando la fama de su bondad se extendía a lo largo y a lo ancho, y el diablo lo veía erguido en esta cumbre de virtudes, se esforzaba con toda clase de astucias de su malicia por hundirlo en algún abismo de dificultades y apartarlo de los bienes comenzados. En aquellos tiempos Liudolfo, hijo del glorioso rey Otón, era duque de los alamanes, y su padre le había sometido antes con juramento todos los pueblos de las regiones sujetas a su dominio, para después del fin de su propia vida; y el tío paterno de Liudolfo, Enrique, hermano del rey, era duque del Nórico; y, por instigación de hombres malvados, comenzaron a reñir y a contender entre sí a causa de los límites de sus regiones. Y como el rey no pudo de ningún modo devolverlos a la concordia y a la paz, se opuso a su hijo y se puso de parte de su hermano. Y como su hijo, con todos los que había podido reunir, se esforzaba por resistirle y trataba de despojarlo del poder real, el dicho duque Enrique, tras encomendar la ciudad de Ratisbona y toda la región del Nórico al conde palatino Arnulfo y además a otros fieles suyos, se fue junto al rey. Mientras él permanecía allí, el dicho Arnulfo, con una multitud de gente, tomó a traición Ratisbona y las demás ciudades, con el gentío de sus pueblos y con todos los que pudo, y los sometió al poder de Liudolfo.

Quibus compertis, rex cum fratre suo Henrico Bajoariam hostiliter invasit, ad restituendum eum in honorem prioris potestatis. Praefatus autem antistes, Udalricus, cujus fidelitatis firma stabilitas nunquam ab adjutorio regis separata est, haec comperiens, dimissa parte in Augusta civitate vasallorum suorum, caeterisque rebus collocatis, cum quibus potuit, omisso vehiculo carpenti, equitando in servitium regis, in regionem Noricorum sagaciter venit, carmulaque prolongata possibilitatem redeundi apte non potuit habere. Arnolfus autem praedictus interim, accepta multitudine, Augustam adiit, et despoliavit rebus omnibus quas secum abducere potuit, comprehensosque quosdam milites episcopi secum Bajoariam revexit.

Rex autem cum de regione Bajoariorum revertisset, et episcopus in sua redire voluisset, non considerabat se in Augusta civitate posse cum multitudine parva defendere, quia totum pene episcopatum in beneficium extraneorum dividebatur a Luitolfo et sequacibus ejus; milites autem episcopi quidam comprehensi, quidam vero sollicitatione iniqua divisi ab eo, quidam depraedationibus in pauperiem deducti, ita ut ei secundum suam voluntatem in adjutorio esse non potuissent. Hi autem qui cum illo remanserunt, suis colloquiis roborati, salubre consilium inierunt ut, relicta Augusta civitate, castellum quod dicitur Menichingen aedificare, et ab adversariis eorum ibi se defendere studuissent. Tum vero una tantummodo nocte in Augusta civitate manebat inclusus, altera die statim perrexit ad praedictum castellum, quod erat in toto interius exteriusque sine aedificiis desertum. Quamvis certe hiems dura fuisset, tamen in illo loco, in tabernaculis et in tuguriis festinanter compositis, exspectavere donec congregata familia castellum ligno circumcinxere, et intus secundum possibilitatem eorum aedificia apta composuere.

Arnolfus itaque et omnes qui cum illo erant, regiae potestati undique contradicentes, haec comperientes, legationes miserunt, si sospitatem sui suorumque habere voluisset, potestati Liutolfi se sine dubio subdere non distulisset, et ut praedictum castellum cum suis componere deseruisset; quia eo tempore in tota regione Suevorum nullus in regis adjutorio remanebat, nisi Adalpertus comes, cum sibi subditis, et Theodpaldus, frater religiosi episcopi, et ideo aestimabant ut eorum decreto virtutem resistendi nullo modo acquirere potuisset. Qui, sapienti cum suis utens consilio, diversis promissionibus et humillimis responsionibus, et interdum obsidibus datis iterumque receptis ad se, eorum iras et obsidiones omnimodo mitigavit, donec aedificato castello vallibusque renovatis, in munitione ejusdem loci ab eorum cum suis saevitia se posse defendere aestimaret. Cum vero induciae rationibus respondendi ultra prolongari non potuissent, tunc manifeste confessus est se, sicut coepit, in voluntate regis velle perdurare.

Al saberlo, el rey invadió en armas Baviera con su hermano Enrique, para restituirlo en la honra de su antiguo poder. El dicho prelado Ulrico, cuya fidelidad firme y constante nunca se apartó del auxilio del rey, al saber esto, dejó en la ciudad de Augsburgo a parte de sus vasallos, dispuso sus demás asuntos y, con los que pudo llevar, dejando el carruaje, se fue con sagacidad a caballo a la región del Nórico al servicio del rey; y como la revuelta se prolongaba, no tuvo ocasión propicia de regresar. Entretanto el dicho Arnulfo, reuniendo una multitud, llegó a Augsburgo y la despojó de todos los bienes que pudo llevarse, y se volvió a Baviera llevando prisioneros a algunos caballeros del obispo.

Cuando el rey volvió de la región de los bávaros y el obispo quiso regresar a lo suyo, no creía poder defenderse en la ciudad de Augsburgo con poca gente, porque Liudolfo y sus secuaces estaban repartiendo casi todo el obispado en beneficio a extraños; y de los caballeros del obispo, unos habían sido apresados, otros apartados de él por una inicua instigación, otros reducidos a la pobreza por los saqueos, de modo que no podían ayudarle como él deseaba. Los que permanecieron con él, fortalecidos por sus conversaciones, tomaron la saludable resolución de dejar la ciudad de Augsburgo, edificar el castillo llamado Menichingen y defenderse allí de sus adversarios. Así pues, permaneció encerrado en la ciudad de Augsburgo una sola noche, y al día siguiente se dirigió en seguida al dicho castillo, que estaba del todo desierto, sin edificios ni dentro ni fuera. Aunque el invierno fue ciertamente duro, esperaron en aquel lugar, en tiendas y en chozas construidas a toda prisa, hasta que, reunida la servidumbre, rodearon el castillo con una empalizada de madera y levantaron dentro, según sus posibilidades, edificios adecuados.

Arnulfo y todos los que estaban con él, que se oponían por todas partes al poder real, al enterarse de esto enviaron embajadas diciendo que, si quería conservar a salvo su vida y la de los suyos, no tardara en someterse sin vacilar al poder de Liudolfo y dejara de construir el dicho castillo con los suyos; porque en aquel tiempo en toda la región de los suevos nadie permanecía de parte del rey, salvo el conde Adalberto con los que le estaban sujetos y Dietpaldo, hermano del piadoso obispo; y por eso juzgaban que, por decreto suyo, de ningún modo podría hallar fuerzas para resistir. Él, siguiendo un sabio consejo con los suyos, con diversas promesas y humildísimas respuestas, y a veces dando rehenes y recibiéndolos de nuevo, mitigó de todos los modos posibles su ira y sus asedios, hasta que, edificado el castillo y renovados los terraplenes, juzgó que podía defenderse con los suyos de su crueldad en la fortificación de aquel lugar. Y cuando los plazos para dar su respuesta no pudieron alargarse más, declaró abiertamente que quería perseverar, como había comenzado, en la voluntad del rey.

Tunc praefatus Arnolfus, filius Arnolfi ducis, congregata multitudine eorum infaustorum qui antea Augustam civitatem depraedati sunt, et aliorum in quorum tunc confidebat adjutorium, voluit obsesso castello venerandum episcopum vi coactum cum suis ditioni subdere Liutolfi. Hac re comperta, episcopus econtra, legatis missis, multa pecunia promissa, flagitabat ut revertentibus eis illi licuisset in pace subsistere; sinautem, pace contradicta, redire noluissent, praecepit eisdem legatis suos parochianos banno Christianitatis constringere, ne loca Sanctae Mariae, in suo episcopatu sita, ullo modo invadere praesumerent. Qui vero pecunia contradita bannoque Christianitatis postposito, male incoepta omittere noluerunt, sed ad internecionem eorum ea Dominica in qua mos est clericorum ante Quadragesimam carnes manducare, et deinceps usque ad sanctum tempus Paschae devitare, hostiliter invaserunt praedium Sanctae Mariae, et episcopum obsederunt. Qui vero die noctuque in Dei servitio studiose permanens, timore abjecto in Deum confidens, obsessiones eorum pro nihilo ducens, in praedestinatione inita firmiter perseveraverat.

Haec vero obsessio ut comperta fuisset Adalperto comiti et Theodpaldo fratri episcopi, congregata phalange populi, prima die Quadragesimalis temporis, quod est dies lunae, mane diluculo castra inimicorum invaserunt. Sed illi haec antea posse fieri non putantes, imparati ad bellum inventi sunt, et, repentino timore perculsi, relictis spoliis fuga inimicos evadere studuerunt. Illi autem eos sequentes, Hermannum fratrem Arnolfi apprehenderunt, quosdam in castris ceciderunt, quosdam vero ulterius subsequentes interfecerunt. Maxima autem parte eorum interfecta, caeterisque fugatis, nullus eorum ad se defendendum fiduciam accepit, nisi unus nomine Egilolfus; fugiendo brachio Adalperti comitis modicum vulnus infecit, de quo etiam vulnere mortuus est; vulnerator etiam ejus statim occisus est a Liutperto vasallo ejusdem Adalperti. Paucissimi autem eorum, ictibus contusi, ac diversis modis vulnerati, periculum tamen mortis, equis eorum eos asportantibus, eo die vix evaserunt, quidam vero eorum, gelu miserabiliter astringente, nudi in desperatione vitae proprias mansiunculas repetierunt. Corpus vero Adalperti, in Dei voluntate occisi, reverendus episcopus ad Augustam civitatem vexit, et, animam honorifice Deo commendans, in ecclesia Sanctae Mariae sepelivit. Nullus autem eorum qui antea sibi spolia Augustae civitatis in contrarietatem sanctae Dei genitricis Mariae vindicaverunt, impunitus evasit, nisi qui se suis propriis rebus cum indulgentia reverendi episcopi redimere non distulerunt.

XI

Entonces el dicho Arnulfo, hijo del duque Arnulfo, reunida una multitud de aquellos desventurados que antes habían saqueado la ciudad de Augsburgo, y de otros en cuya ayuda confiaba entonces, quiso asediar el castillo y someter por la fuerza al venerable obispo con los suyos al dominio de Liudolfo. Al saberlo, el obispo, por su parte, envió legados y, prometiendo mucho dinero, les suplicaba que se volvieran y le permitieran permanecer en paz; pero, si rechazando la paz no querían volverse, mandó a esos mismos legados que ataran a sus diocesanos con el bando de la cristiandad, para que no se atrevieran de ningún modo a invadir las tierras de Santa María situadas en su obispado. Pero ellos, rechazado el dinero y despreciado el bando de la cristiandad, no quisieron abandonar su mala empresa, sino que, para su propia ruina, el domingo en que es costumbre de los clérigos comer carne antes de la Cuaresma y abstenerse luego de ella hasta el santo tiempo de Pascua, invadieron en son de guerra la heredad de Santa María y sitiaron al obispo. Él, permaneciendo con empeño día y noche en el servicio de Dios, desechado el temor y confiando en Dios, tuvo en nada su asedio y perseveró con firmeza en el propósito tomado.

Cuando este asedio llegó a conocimiento del conde Adalberto y de Dietpaldo, hermano del obispo, reunieron una tropa de gente y, el primer día del tiempo de Cuaresma, que es lunes, muy de mañana, asaltaron el campamento de los enemigos. Ellos, que no habían pensado que tal cosa pudiera ocurrir, fueron hallados desprevenidos para la batalla y, sobrecogidos de repentino temor, abandonaron los despojos y procuraron escapar de sus enemigos huyendo. Los otros, persiguiéndolos, apresaron a Hermann, hermano de Arnulfo, abatieron a algunos en el campamento y mataron a otros persiguiéndolos más lejos. Muerta la mayor parte de ellos y puestos en fuga los demás, ninguno tuvo valor para defenderse, salvo uno llamado Egilolfo; este, mientras huía, causó una pequeña herida en el brazo al conde Adalberto, de la que el conde murió; también su agresor fue muerto al instante por Liutperto, vasallo del mismo Adalberto. Muy pocos de ellos, magullados por los golpes y heridos de diversas maneras, escaparon a duras penas aquel día del peligro de muerte, llevados por sus caballos; y algunos, atenazados miserablemente por la helada, volvieron desnudos a sus casas, desesperando de la vida. El venerable obispo llevó a la ciudad de Augsburgo el cuerpo de Adalberto, muerto en la voluntad de Dios, y, encomendando con honra su alma a Dios, lo sepultó en la iglesia de Santa María. Y ninguno de los que antes se habían apropiado los despojos de la ciudad de Augsburgo, contra santa María, Madre de Dios, escapó sin castigo, salvo los que no tardaron en rescatarse con sus propios bienes y con el perdón del venerable obispo.

XI

Manus proprias unus ex his lacerando, vicinis suis in veritate dicentibus, perdito sensu spiritum exhalavit. Alius autem cum ablato de Augusta civitate libro caballum sibi bene placentem comparavit, et secum adduxit in domum suam, uxorique suae monstravit et dixit: « Melius mihi placet istum formosum caballum habere, quam librum cum quo hunc comparavi in Augusta relinquere. » Cujus verbis respondit uxor ejus, dicens: « Utile tibi forte fuisset, si manus tua hunc librum injuste non tetigisset. » Interim vero ille levigando manu in posteriora tangebat caballum, et statim ab eo percussus mortuus est. Novis et improvisis his cladibus, et aliis multis formidolosis rebus in reis peractis a multitudine populi compertis, timor magnus invasit eos qui se esse reos cognoverunt de praedicta praedatione Augustae civitatis, non solum in eos qui illuc pervenerunt, sed et qui aliquid de injuste acquisitis ab eis acceperunt, et ideo, ad poenitentiam et lamentationem conversi, digna emendatione et restitutione abstractarum rerum, et cum efflagitatione indulgentiae episcopi, studuerunt se cum Christo et cum sancta Maria matre ejus pacificare.

Non post multum vero temporis praefatus Arnolfus qui se praesumpsit res sanctae Mariae hostiliter invadere, et incorrigibilis sine poenitentia perduravit, obsessa Ratisbona civitate paratus ad praelium exivit, et statim in articulo tumultus occisus est.

Quidam etiam homo, de episcopatu qui dicitur Eihstetten, partem vilissimi mensalis inde ad suam proprietatem portavit, et statim a daemonio occupatus, nullum abscondendi locum ab eo invenire potuit, neque in ecclesia neque extra ecclesiam, neque aspersus aqua benedicta, quin juxta eum semper videretur manere, donec, Augustam regrediens, injuste inde rapta reportavit, et episcopum cum scopis ei flagella imponere pro Christi nomine postulavit, et insuper indulgentiam praefati delicti condonare, sicque liberatus a daemonio salvatus recessit.

XII

Ne diu me ab incoepta taxatione subtraham, libet stylum retrahere ab enumeratione ex utraque parte obsessarum urbium et bellorum undique furentium, et vicissitudine stromatum diversorum, sed potius quomodo Dominus omnipotens per merita servorum suorum suum dignaretur populum liberare libet recensere; ne diaboli machinationibus ad suum perveniret exitium.

Cum rex Otto in Alamannia, propter eos qui cum Liutolfo filio ejus ditioni suae regalis potestatis contradicere voluerunt, cum exercitu conversaretur juxta flamen quod Hilara vocatur, in campo oppidi quod dicitur Tussa, et ibi saepedictus filius ejus Liutolfus cum alio exercitu obvius ad pugnandum contra eum deveniret, et cum tanta vicinitate conjuncti essent, ut nulla ambiguitatis

Uno de ellos, según cuentan con verdad sus vecinos, se desgarró las propias manos y, perdida la razón, exhaló el espíritu. Otro compró con un libro robado de la ciudad de Augsburgo un caballo que le agradaba mucho, se lo llevó a su casa, se lo mostró a su mujer y le dijo: «Más me gusta tener este hermoso caballo que dejar en Augsburgo el libro con que lo compré.» Su mujer respondió a sus palabras: «Quizá te habría valido más que tu mano no hubiera tocado injustamente ese libro.» Entretanto él, acariciándolo, le tocaba con la mano las ancas al caballo, y al punto, coceado por él, murió. Cuando la multitud del pueblo supo de estos nuevos e imprevistos desastres, y de otras muchas cosas espantosas sucedidas a los culpables, un gran temor invadió a los que se sabían culpables del dicho saqueo de la ciudad de Augsburgo, no solo a los que habían ido allá, sino también a los que habían recibido de ellos algo de lo adquirido injustamente; y por eso, convertidos a la penitencia y al llanto, con la debida enmienda y la restitución de lo sustraído, e implorando el perdón del obispo, procuraron reconciliarse con Cristo y con santa María, su Madre.

No mucho tiempo después, el dicho Arnulfo, que se había atrevido a invadir en son de guerra los bienes de santa María y perseveró incorregible y sin penitencia, salió dispuesto al combate de la sitiada ciudad de Ratisbona y fue muerto al instante en lo más recio de la refriega.

Un hombre del obispado llamado Eichstätt se llevó de allí a su propiedad un trozo de un mantel sin ningún valor, y al punto fue poseído por un demonio, y no pudo hallar lugar alguno donde esconderse de él, ni en la iglesia ni fuera de la iglesia, ni rociado con agua bendita, sin que pareciera que estaba siempre a su lado; hasta que, volviendo a Augsburgo, devolvió lo que injustamente había robado y pidió al obispo que le diera azotes con varas por el nombre de Cristo, y además que le perdonara aquella falta; y así, librado del demonio, se marchó sano.

XII

Para no apartarme mucho tiempo del cometido emprendido, quiero retirar la pluma de la enumeración de las ciudades asediadas por una y otra parte, de las guerras que se encendían por doquier y de las vicisitudes de tan diversos estragos, y prefiero referir cómo Dios omnipotente se dignó librar a su pueblo por los méritos de sus siervos, para que no llegara a su perdición por las maquinaciones del diablo.

Estaba el rey Otón con su ejército en Alamania, a causa de los que con su hijo Liudolfo querían oponerse al dominio de su potestad real, junto al río llamado Iller, en el campo del poblado llamado Tussa; y allí su hijo Liudolfo, tantas veces mencionado, le salió al encuentro con otro ejército para combatir contra él, y estaban tan cerca unos de otros que en la multitud de ambas partes

spe detenti manerent in utrarumque partium multitudine, ni bellum ab eis committeretur, tunc amabilis Deo Udalricus episcopus, in Deum tota fiducia confidens, assumpto Curiencis Ecclesiae Hartberto religioso episcopo, legationes inter eos facere coepit, et ad pacis concordiam exorare, et ne populus qui a Deo illis commendatus est ad regendum, pro eorum reatu duceretur ad perditionem. Deo autem annuente, duae amborum mentes, patris scilicet Ottonis et filii ejus Liutolfi, de proficua admonitione et doctrina venerandorum episcoporum in mollitiam versae, pactum pacis inter se placitaverunt; et, turbine belli mitigato, in sua cum pace redierunt.

Tantis autem tunc praefatis tumultuum fatigationibus superatis, aestimaverunt se aliquod spatium temporis in pace posse quiescere. Altero pro certo statim anno, quod est anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi 965, tanta multitudo Ungrorum erupit, quanta tunc temporis viventium hominum nemo se antea vidisse in ulla regione profitebatur, et Noricorum regionem a Danubio flumine usque ad Nigram silvam, quae pertinet ad montana, simul devastando occupavit, et cum Licum transcenderet, et Alamanniam occuparet, ecclesiam Sanctae Afrae concremavit, et totam provinciam a Danubio usque ad sylvam depraedavit, et maximam partem usque ad Hilaram fluvium igne combussit. Augustam autem civitatem obsedit, quae tunc imis sine turribus circumdata muris, firma ex semetipsa non fuit. Sanctus autem antistes magnam valde multitudinem optimorum militum secum intra septa civitatis collocatam habebat; ex quorum agilitate et audacia civitas fortiter firmata, Deo juvante, consistebat; qui ut exercitum Ungrorum ad expugnandam civitatem circumdare viderunt, eis obviam exire voluerunt, sed hoc episcopus eis non consentiens, portam ubi maximus aditus intrandi manebat firmiter occludere praecepit. Porta autem orientalis plagae unde itur ad aquam, sic a densitate Ungrorum bello occupata est, ut ipsi aestimaverint se statim posse intrare: milites enim episcopi ante portam viriliter pugnantes eis resistebant, usque dum unus Ungrorum qui caeteros pugnando antecedebat, et ex cujus ductu et antecessione maximam praeliandi in illa hora confidentiam habebant, occisus occubuit; caeteri denique cum eum terra tenus mortuum cadere viderunt, magno clamore et lamentatione eum rapientes, ad castra reversi sunt.

Hora vero belli episcopus super caballum suum sedens stola indutus, non clypeo aut lorica aut galea munitus, jaculis et lapidibus undique circa eum discurrentibus, intactus et illaesus subsistebat. Bello vero finito regrediens circuivit civitatem, et domos belli in circuitu civitatis congruenter ponere, et in tota nocte eas aedificare, et vallos, quantum tempus suppetebat, renovare praecepit.

nadie dudaba de que se trabaría la batalla. Entonces el obispo Ulrico, amado de Dios, confiando en Dios con toda confianza, tomando consigo a Hartberto, piadoso obispo de la Iglesia de Coira, comenzó a ir y venir entre ellos como mensajero y a suplicarles la concordia de la paz, para que el pueblo que Dios les había confiado para gobernarlo no fuera llevado a la perdición por culpa de ellos. Con el favor de Dios, el ánimo de ambos, es decir, del padre Otón y de su hijo Liudolfo, se ablandó por la provechosa exhortación y enseñanza de los venerables obispos, y pactaron entre sí un acuerdo de paz; y, calmada la tormenta de la guerra, volvieron en paz a sus tierras.

Superadas entonces las fatigas de tantos tumultos, pensaron que podrían descansar en paz algún tiempo. Pero al año siguiente, que es el año de la encarnación de nuestro Señor Jesucristo 965, irrumpió tal multitud de húngaros como nadie de los que entonces vivían confesaba haber visto antes en región alguna; y ocupó, devastándola toda, la región del Nórico desde el río Danubio hasta la Selva Negra, que llega a las montañas; y tras cruzar el Lech y ocupar Alamania, quemó la iglesia de Santa Afra, saqueó toda la provincia desde el Danubio hasta la selva y entregó al fuego la mayor parte de ella hasta el río Iller. Y sitió la ciudad de Augsburgo, que entonces, rodeada de murallas bajas y sin torres, no era fuerte por sí misma. Pero el santo prelado tenía consigo, apostada dentro del recinto de la ciudad, una grandísima multitud de excelentes caballeros, por cuya agilidad y audacia la ciudad se mantenía firmemente defendida con la ayuda de Dios; y cuando vieron que el ejército de los húngaros rodeaba la ciudad para asaltarla, quisieron salir a su encuentro, pero el obispo no lo consintió y mandó cerrar con firmeza la puerta por donde estaba el acceso principal. La puerta de la parte oriental, por donde se va al agua, fue acometida en la lucha por la muchedumbre de los húngaros de tal modo que estos pensaron poder entrar al instante; pero los caballeros del obispo, combatiendo valerosamente delante de la puerta, les resistían, hasta que uno de los húngaros, que precedía a los demás en el combate y en cuyo mando y ejemplo tenían puesta en aquella hora su mayor confianza para pelear, cayó muerto; y los demás, cuando lo vieron caer muerto a tierra, se lo llevaron con grandes gritos y lamentos y volvieron a su campamento.

Durante la batalla, el obispo, montado en su caballo y revestido con la estola, sin protegerse con escudo, loriga ni yelmo, mientras los dardos y las piedras volaban a su alrededor por todas partes, permanecía intacto e ileso. Terminado el combate, al regresar recorrió la ciudad y mandó colocar convenientemente torres de defensa alrededor de ella, construirlas durante toda la noche y renovar los terraplenes cuanto el tiempo permitiera.

Ille autem totum spatium noctis in oratione pernoctans, religiosas mulieres in civitate congregatas concitabat, ut una pars earum cum crucibus ad Dominum devote clamando intra circumiret, et altera pars clementiam sanctae Dei genitricis Mariae pro defensione populi, et pro liberatione civitatis studiosissime pavimento prostrata flagitaret. Ipse autem minimam particulam noctis ante Matutinam horam corpus requiei soporis indulsit, ut, matutinis et Laudibus expletis, aurora primum irrumpente, salutaris sacrificii hostiam Deo libare licuisset. Ministerio sacro peracto, viatico sacro omnes recreavit, humilique admonitione persuasit ut, in fide recta persistentes, spem suam in Domino componere non dubitarent, indicans eis omnigenam sponsionem consolationis, et annuntians psalmigraphi David verba, dicentis: Si ambulavero in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Salutari autem admonitione episcopi peracta, cum jubar radiantis solis primum latitudinem telluris irradiaret, exercitus Ungrorum inenarrabili pluralitate ex omni parte ad expugnandam civitatem circumcinxit, diversa ferens instrumenta ad depositionem murorum. Cumque undique parati essent ad bellum, et cuncta propugnacula civitatis repugnantium plena fuissent, quidam Ungrorum flagellis alios minantes ad pugnam coegerunt, et illi, tantam multitudinem in propugnaculis resistentium eis videntes, muris se conjungere adeo perterriti non audebant.

Interim cum interius exteriusque parati essent ad bellum, Berchtolfus, filius Arnolfi, de castello Risinesburch vocitato venit ad regem Ungrorum, annuntians ei adventum Ottonis gloriosi regis. Qui, ut hoc audivit, suum classicum omni exercitui notum clangere praecepit, de cujus sonitu exercitus totus pugnam civitatis omisit, et ad colloquium eorum regis se conjungere festinavit. Qui, cum eis autumatione facta, Deo donante, a pugna civitatis cessabat, et in occursum gloriosi regis ire coepit; ea ratione ut, illo cum suis superato, victor rediens civitatem et totum regnum libere habere potuisset.

Regi Ottoni venienti Dietpaldus comes frater episcopi, cum caeteris qui in civitate erant, nocte exiens in occursum venit. Rex igitur cum tantum exercitum Ungrorum perspexisset, aestimavit non posse ab hominibus superari, ni Deus omnipotens eos occidere dignaretur, in cujus adjutorium confidens, suorumque consolationibus principum roboratus, bellum viriliter cum eis agere coepit, et cum mutua caede utrobique cecidissent, et his interfectis qui ad occisionem a Deo praedestinati erant, gloriosa victoria Ottoni regi a Deo, cui nihil impossibile est, data est; ita ut exercitus Ungrorum in fugam versus virtutem praeliandi ultra non haberet, et, quamvis incredibilis numerus illorum occisus fuisset, tantus tamen eorum exercitus adhuc remanebat, ut hi qui de propugnaculis Augustae civitatis eos venire conspexerunt, non pugna lacessitos eos redire aestimaverunt, donec praetereuntes civitatem ulteriora Lici fluminis littora festinando repetere cognoverunt.

Él, pasando toda la noche en oración, exhortaba a las mujeres piadosas reunidas en la ciudad a que una parte de ellas recorriera el interior con cruces clamando devotamente al Señor, y la otra, postrada en el suelo, implorara con sumo fervor la clemencia de santa María, Madre de Dios, por la defensa del pueblo y la liberación de la ciudad. Él mismo concedió a su cuerpo el reposo del sueño solo una pequeñísima parte de la noche antes de la hora de Maitines, para poder, terminados los Maitines y Laudes, al romper la aurora, ofrecer a Dios la hostia del sacrificio de salvación. Terminado el sagrado ministerio, reconfortó a todos con el santo viático y los persuadió con humilde exhortación a que, perseverando en la recta fe, no dudaran en poner su esperanza en el Señor, mostrándoles toda clase de promesas de consuelo y anunciándoles las palabras del salmista David, que dice: Aunque camine en medio de la sombra de la muerte, no temeré mal alguno, porque tú estás conmigo (Sal 23,4). Terminada la saludable exhortación del obispo, cuando el resplandor del sol radiante iluminaba por primera vez la anchura de la tierra, el ejército de los húngaros, en número indecible, cercó la ciudad por todas partes para asaltarla, trayendo diversas máquinas para derribar las murallas. Y cuando por todas partes estaban preparados para el combate y todas las almenas de la ciudad estaban llenas de defensores, algunos de los húngaros empujaban a los otros a la lucha amenazándolos con látigos; pero estos, viendo tan gran multitud que les resistía en las almenas, estaban tan aterrados que no se atrevían a acercarse a los muros.

Entretanto, mientras dentro y fuera estaban preparados para el combate, Bertoldo, hijo de Arnulfo, vino desde el castillo llamado Reisensburg al rey de los húngaros y le anunció la llegada del glorioso rey Otón. Él, al oírlo, mandó tocar su trompeta, conocida por todo el ejército, y a su sonido todo el ejército abandonó el asalto a la ciudad y se apresuró a reunirse en consejo con su rey. Y tras deliberar con ellos, por don de Dios, cesó en el asalto a la ciudad y comenzó a marchar al encuentro del glorioso rey, con la intención de que, vencido este con los suyos, al volver victorioso pudiera tener libremente la ciudad y todo el reino.

El conde Dietpaldo, hermano del obispo, con los demás que estaban en la ciudad, salió de noche al encuentro del rey Otón, que se acercaba. El rey, al ver tan gran ejército de húngaros, juzgó que no podía ser vencido por hombres si Dios omnipotente no se dignaba darles muerte; y confiando en su auxilio, y fortalecido por el aliento de sus príncipes, comenzó a combatir valerosamente contra ellos; y cuando de una y otra parte habían caído en mutua matanza, y muertos aquellos que Dios había destinado a morir, Dios, para quien nada es imposible, concedió al rey Otón una gloriosa victoria; de tal modo que el ejército de los húngaros, puesto en fuga, no tuvo ya fuerza para combatir; y aunque había muerto un número increíble de ellos, quedaba todavía un ejército tan grande que los que los veían venir desde las almenas de la ciudad de Augsburgo no creyeron que volvieran vencidos en la batalla, hasta que los vieron pasar de largo junto a la ciudad y apresurarse a ganar la orilla opuesta del río Lech.

Rex autem cum suis eos sequens, et quibus se conjungere potuit occidens, vespertina hora diei Augustam pervenit, ibique cum episcopo illam noctem ducens, eique magnam consolationis revelationem faciens, de Dietbaldo fratre ejus qui in bello occisus est, et de aliis ejus propinquis ibidem interfectis. Rihgwinum filium Dietpaldi comitatibus patris honoravit, episcopique fido adjutorio, in quibuscunque ejus desiderium cognovit, dignam mercedem restituit. Mane autem facto, fugitivas barbarorum acies sequendo, regionem Bajoariorum revisit, festinisque legatis missis, tota remigia et vada fluminum observare praecepit, ad occisionem eorum, quod et ita factum est. Illi autem, nocte illuc venientes, quidam eorum ab his qui in navibus erant fluminibus immersi sunt, quidam occisi sunt, qui autem ad littus pervenerunt, ab his qui littora observabant interfecti sunt, nulla eis via, et nullum devium ab eis inveniri potuit, quin in omni loco vindicta Domini super eos manifeste maneret; ita etiam ut non post multos dies reges eorum et principes comprehensi et ad Ratisbonam perducti, in ignominiam gentis eorum, cum aliis multis eorum comprovincialibus equuleo suspenderunt.

XIII

Rex autem Otto potentiam in Deo tenens, Henricum fratrem suum potestativa manu in regnum confirmavit, et ipse in Saxoniam victor, sicut solebat, revertebatur. Venerandus autem episcopus Udalricus, cum rex ab Augusta discederet, abiit ad loca ubi bellum peractum est, quaerens praedictum Dietbaldum fratrem suum et nobilem Reginboldum filium sororis suae, et inveniens eos ad Augustam perduxit, et in ecclesiam Sanctae Mariae ante altare sanctae Walpurgae virginis in sede unius taphi ambos fideliter sepelivit. His ita, sicut praelibatum est, peractis, episcopus, quamvis multis adversis fatigatus fuisset, sicut optime omni speranti in Deo decet, bonae consolationis effectum assumens, cum suis pertractare coepit qualiter imminentia damna aptissime superare potuisset. In primis qualiter depraedatam congregationem clericorum sustentaret, ad implendum ministerium quotidianum servitii Dei in ecclesia, sciebat enim eos cibaria non habere, et ideo cum his quae, ipse sic depraedatus, habere potuit, et quae a benevolis populis ei transmissa sunt et oblata, assidue in sua praesentia eos secundum suam facultatem mandere et bibere fecit, et omnimodis adjutoriis stabilivit, eo usque dum ex semetipsis depraedationis miseriam temperaverunt, et loca eorum ex iterata laboratione sustentationis subsidium attulerunt; sua autem loca ignibus exusta et consumptis frugibus in desolationem redacta, studiosis laboribus in agris et aedificiis renovare praecepit, strenuitas autem familiae jussioni ejus parendo, sic inchoabat, et congruo tempore utilitatis usu, quantum possibilitas sufficiebat, restituit.

El rey, persiguiéndolos con los suyos y matando a los que pudo alcanzar, llegó a Augsburgo al atardecer, y allí pasó aquella noche con el obispo y le dio gran consuelo al darle noticia de su hermano Dietpaldo, muerto en la batalla, y de otros parientes suyos que habían caído allí. Honró a Riwino, hijo de Dietpaldo, con los condados de su padre, y recompensó dignamente la fiel ayuda del obispo en todo aquello que supo que deseaba. Llegada la mañana, siguiendo a las huestes fugitivas de los bárbaros, volvió a la región de los bávaros y, enviando mensajeros a toda prisa, mandó vigilar todos los pasos de barca y los vados de los ríos para darles muerte; y así se hizo. Pues ellos, al llegar allí de noche, unos fueron hundidos en los ríos por los que estaban en las barcas, otros fueron muertos, y los que alcanzaban la orilla eran muertos por los que vigilaban las riberas; no pudieron hallar camino ni atajo donde la venganza del Señor no recayera manifiestamente sobre ellos en todo lugar; de modo que, no muchos días después, sus reyes y príncipes fueron apresados y llevados a Ratisbona y, para ignominia de su pueblo, los colgaron en la horca junto con otros muchos de sus compatriotas.

XIII

El rey Otón, teniendo su poder en Dios, confirmó con mano de autoridad a su hermano Enrique en su dominio, y él volvió victorioso a Sajonia, como solía. El venerable obispo Ulrico, cuando el rey se marchó de Augsburgo, fue a los lugares donde se había librado la batalla buscando a su hermano Dietpaldo y al noble Reginbaldo, hijo de su hermana; y hallándolos, los llevó a Augsburgo y los sepultó fielmente a ambos en una misma tumba en la iglesia de Santa María, ante el altar de santa Walburga virgen. Hechas así estas cosas, como se ha contado, el obispo, aunque fatigado por muchas adversidades, cobró ánimo, como mejor conviene a todo el que espera en Dios, y comenzó a tratar con los suyos cómo podría superar del modo más adecuado los daños que se cernían sobre ellos. En primer lugar, cómo sustentaría a la saqueada comunidad de clérigos para que cumpliera el ministerio cotidiano del servicio de Dios en la iglesia, pues sabía que no tenían alimentos; y por eso, con lo que él mismo, así saqueado, pudo tener, y con lo que gentes bienintencionadas le enviaron y ofrecieron, les hizo comer y beber asiduamente en su presencia según sus posibilidades, y los sostuvo con toda clase de ayudas, hasta que por sí mismos aliviaron la miseria del saqueo y sus tierras, trabajadas de nuevo, les dieron el sustento necesario; y sus propias tierras, quemadas por el fuego y reducidas a la desolación con las cosechas destruidas, mandó renovarlas con diligente trabajo en los campos y en los edificios; y la servidumbre, laboriosa en obedecer su mandato, puso así manos a la obra y, a su debido tiempo, las restituyó al uso, cuanto lo permitían sus fuerzas.

Ecclesiam autem Sanctae Afrae, quae a paganis fuerat cremata, adhuc reaedificata non erat, sed tugurium glossibus tectum altaria ab imbribus et intemperiebus defendebat; sepulcrum Simperti episcopi, in choro juxta gradus situm, adhuc sine tecto remanebat: de cujus operimento in visione admonitus, lignis more operculi arte conjunctis tegebat.

Non post multum vero temporis decursum, iterum admonitus ut domum Sanctae Afrae reaedificare non tardaret. De cujus instauratione cum saepissime tractaret, qualiter congruentissime fieri potuisset, et qualiter sub positione cryptae orientalem plagam ecclesiae convenientissime decoraret, et nullus certitudinis effectus ei animo irrepsisset, continuis orationibus et jejuniis cum domesticis et religiosis presbyteris, devotissime misericordiam Dei secreto deprecari coepit ut ei monstraretur locus in quo corpus sanctae Afrae collocatum fuisset, et si cryptam in eo loco ubi voluntas ejus complacuit fas componere maneret. Ut orationem ejus et jejunium ad aures Domini pervenire dubium non esset, secundum cantationem sancti David prophetae: Ecce oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum, quadam nocte in visu ei sancta Afra apparuit, et locum collocationis corporis ejus, sicut in scriptura passionis ejus est scriptum, ab Augusta civitate in secundo milliario in ecclesia monstravit. Cryptam autem in praedestinato loco fieri prohibuit, propter sanctorum reliquias, quae in illo loco in requie diem exspectare debent judicii.

Hac revelatione perdoctus quid sibi esset faciendum, muros ex maxima parte ab ignibus depositos cum magna festinatione reaedificare fecit, et priori altitudini mensuram unius cubiti superposuit, cryptaque congruenti occidentalem partem ecclesiae decoravit, super aedificia in sua praesentia caute mensurata, summo studio incidere et adducere praecepit, et non tardavit donec imbricibus eam ex toto cooperuit, et interius aedem ecclesiae laqueariis vestivit, et lucida pictura decoravit, et ornamenta ecclesiae, quae propter barbaros in civitatem fuerant deportata, et in matrici ecclesia servata, restitui fecit.

XIV

Quam in magna observatione Dei ille locus orientalis partis ecclesiae semper maneat certis sit indiciis manifestatum, hic mihi congruum videtur innectere. Quidam hortulanus nomine Adelpoldus ibi deambulando inter gramina speluncam invenit, in quam intrans formosam aediculam sub terra muratam conspexit, et veniens nuntiavit episcopo, dicens: « In hoc loco possum olera mea et alia necessaria reponere. » Cui ille respondit denuntiando, dicens: « Si hoc facis, sensum et sospitatem membrorum tuorum te perdere dubium non est. »

La iglesia de Santa Afra, que había sido quemada por los paganos, no estaba todavía reedificada, sino que una choza techada con paja protegía los altares de las lluvias y de las inclemencias del tiempo; el sepulcro del obispo Simperto, situado en el coro junto a las gradas, seguía aún sin techo; y, advertido en una visión de que lo cubriera, lo cubrió con maderos ensamblados con arte a modo de tapa.

No mucho tiempo después, fue advertido de nuevo de que no tardara en reedificar la casa de Santa Afra. Como trataba muy a menudo de su restauración, de cómo podría hacerse del modo más conveniente y de cómo adornaría del modo más adecuado la parte oriental de la iglesia colocando debajo una cripta, y no le venía al ánimo certeza alguna, comenzó, con continuas oraciones y ayunos, junto con sus familiares y con presbíteros piadosos, a implorar en secreto y con suma devoción la misericordia de Dios para que se le mostrara el lugar en que había sido depositado el cuerpo de santa Afra, y si era lícito construir una cripta en el lugar que él deseaba. Para que no hubiera duda de que su oración y su ayuno llegaban a los oídos del Señor, según el canto del santo profeta David: He aquí que los ojos del Señor están sobre los justos, y sus oídos atentos a sus súplicas (Sal 34,16), una noche se le apareció en visión santa Afra y le mostró en la iglesia el lugar donde había sido depositado su cuerpo, como está escrito en el relato de su pasión, a la segunda milla de la ciudad de Augsburgo. Pero le prohibió hacer la cripta en el lugar que había previsto, a causa de las reliquias de los santos que en aquel lugar han de esperar en reposo el día del juicio.

Instruido por esta revelación sobre lo que debía hacer, hizo reedificar a toda prisa los muros, derribados en su mayor parte por los incendios, y añadió un codo a su altura anterior; adornó la parte occidental de la iglesia con una cripta adecuada; mandó cortar y traer con sumo empeño la madera para la techumbre, cuidadosamente medida en su presencia, y no descansó hasta cubrirla enteramente de tejas; y por dentro revistió la nave de la iglesia con artesonados y la adornó con luminosas pinturas, e hizo devolver los ornamentos de la iglesia que, por causa de los bárbaros, habían sido llevados a la ciudad y guardados en la iglesia madre.

XIV

Me parece oportuno insertar aquí cómo se ha manifestado con señales ciertas que aquel lugar de la parte oriental de la iglesia está siempre bajo la gran custodia de Dios. Un hortelano llamado Adelpoldo, paseando por allí entre la hierba, encontró una cueva, y al entrar en ella vio una hermosa capillita amurallada bajo tierra; y fue a contárselo al obispo, diciendo: «En este lugar puedo guardar mis hortalizas y otras cosas necesarias.» Él le respondió advirtiéndole: «Si haces esto, no hay duda de que perderás el sentido y la salud de tus miembros.»

Hortulanus autem verbis episcopi non credens, sine ejus licentia praefatas res in eamdem speluncam congregare coepit; hoc faciendo sensum cum auditu et visu perdidit. Hoc autem cum episcopo nuntiatum fuisset, jussit adduci sibi hortulanum, et dixit ei: « Quare occupare voluisti illum sanctum locum, spernendo meum praeceptum? » Cui ille, quamvis sensu careret: « Non inficior, ait; scio enim quod pro illo reatu, quod mandatis tuis non obedivi, istam tribulationem incurri. Cujus tribulationibus benevolus episcopus condolens, indulgentiam ei cum benedictione donans, Deo concedente, sanitati restituit. Mirabile dictu! ille hortulanus postea illam speluncam nullo modo invenire potuit.

Postea autem episcopus pollinctoribus accercitis, in australi parte exterioris muri ecclesiae sepulcrum sibi fodere et exterius muro cingere, et perrupto muro ecclesiae arcum muratum desuper curvare praecepit, et arcam aptam componere ad cooperiendum corpus in sepulcro, et insuper tabulatum densum, longo tempore imputribile, cauta conjunctione vinctum superponi decrevit. His praeparationibus exsequiarum suarum perpetratis, omni hebdomada dehinc ipsum locum die Veneris visitare, et ibi hostias immolare consuetus erat, si alia aliqua ei occupatio vel absentia impedimentum non fecit.

Interea vero Dei donante clementia istas regiones concordia pacis illustrabat, et benevolas mentes turba persecutionum a Dei servitio non prohibebat, ideo ipse Romam pergere decrevit, et illuc feliciter pervenit, liminaque beatorum apostolorum Petri et Pauli devotionis studio humiliter visitavit, ibique precibus profusis, eleemosynarumque largitate pauperibus dispensata, ab Alberico principe Romanorum honorifice susceptus est, frequentique ministerio et oblatione cumulatus, aliquot dies ibi perduravit. Cumque ibi morando reliquias sanctorum se velle comparare indicasset, quidam clericus ad eum veniens, perduxit eum in silentio noctis ubi caput sancti Abundi martyris in quadam ecclesia altari inclusum servabatur, cujus passionem ei ostendens, et caput praesentans, sacramento firmitatem fecit super reliquias, quas episcopus secum attulerat, ejusdem Abundi caput esse cujus passio praesentialiter fuit perlecta. Cum autem sacramentum peractum audisset episcopus, placitam mercedem clerico donavit, caputque sancti Abundi accipiens, ad Augustam secum reportavit, ibique ad consolationem multorum gloriose inclusit.

Monasterium vero Sancti Galli ubi ille scientias litterarum fuerat perdoctus assidue visitavit, ibique Deo militantibus coenobitis convivium fecit, et inde ad cellam sancti Meginardi perrexit, ad videndum servum Dei sanctum Eberhardum, ejusque necessitatibus sibique subjectis monachis subveniendum in quibuscunque potuit eorum cognoscere voluntatem.

Pero el hortelano, sin creer las palabras del obispo, comenzó sin su licencia a juntar aquellas cosas en la cueva; y al hacerlo perdió el sentido junto con el oído y la vista. Cuando se lo comunicaron al obispo, mandó que le trajeran al hortelano y le dijo: «¿Por qué quisiste ocupar aquel lugar santo despreciando mi mandato?» Y él, aunque privado del sentido, respondió: «No lo niego; sé que por esa culpa, por no haber obedecido tus mandatos, he caído en esta tribulación.» El benévolo obispo, compadecido de sus tribulaciones, le concedió el perdón con su bendición y, con el favor de Dios, le devolvió la salud. ¡Cosa admirable! Aquel hortelano nunca pudo volver a encontrar la cueva.

Después el obispo hizo venir a unos sepultureros y les mandó cavar para él un sepulcro en la parte sur del muro exterior de la iglesia y cercarlo por fuera con un muro, y, abriendo el muro de la iglesia, curvar encima un arco de mampostería; y dispuso que se hiciera un arca adecuada para cubrir el cuerpo en el sepulcro, y que encima se colocara un tablado espeso, incorruptible por mucho tiempo, sujeto con ensambladuras cuidadosas. Hechos estos preparativos para sus exequias, desde entonces acostumbraba visitar cada semana aquel lugar el viernes y ofrecer allí el sacrificio, si alguna otra ocupación o su ausencia no se lo impedían.

Entretanto, por don de la clemencia de Dios, la concordia de la paz iluminaba estas regiones y ninguna turba de persecuciones apartaba del servicio de Dios a los ánimos bien dispuestos; por eso decidió ir a Roma, y llegó allí felizmente, visitó con humildad y devoto afán los umbrales de los bienaventurados apóstoles Pedro y Pablo, y allí, derramadas sus oraciones y repartida a los pobres una larga limosna, fue recibido con honra por Alberico, príncipe de los romanos, y, colmado de frecuentes atenciones y regalos, permaneció allí algunos días. Y como, durante su estancia allí, había dado a entender que quería adquirir reliquias de santos, vino a él un clérigo y lo llevó en el silencio de la noche a una iglesia donde se guardaba, encerrada en un altar, la cabeza de san Abundio mártir; y mostrándole su pasión y presentándole la cabeza, juró sobre las reliquias que el obispo había traído consigo que aquella era la cabeza del mismo Abundio cuya pasión se acababa de leer en su presencia. Cuando el obispo oyó prestado el juramento, dio al clérigo la recompensa convenida, y tomando la cabeza de san Abundio la llevó consigo a Augsburgo, y allí la colocó gloriosamente para consuelo de muchos.

Visitaba a menudo el monasterio de San Galo, donde había sido instruido en el saber de las letras, y daba allí un banquete a los monjes que servían a Dios; y desde allí iba a la celda de san Meinrado, a ver al siervo de Dios san Eberardo y a socorrerle a él y a los monjes que le estaban sujetos en todas las necesidades que pudiera conocer.

Ultima vero vice, Eberhardo vivente, cum inde recedere debuisset, expleta multimodae amabilitatis locutione, acceptoque cum orationibus in ecclesia permisso, ad vehiculum suae reportationis egressus est; cumque paratus esset ad pergendum, et eo die sanctum Eberhardum amplius videre non putaret, subito post eum quasi festinando veniebat, et oscula charitatis iterans, cum flebilibus oculis aiebat: « Ex hac hora ultra me non videbis, donec exempti corporibus in praesentia Dei nos videre merebimur. » Cujus verbis respondens episcopus dixit: « Dulcissime Pater, nunc scis me certe cito de hoc saeculo esse migraturum? » Cui ille respondit: « Finis adhuc vitae tuae tibi non imminet, verba autem quae tibi nunc dixi vera esse non dubites. » His verbis expletis episcopus remeavit, et antequam iterum eamdem cellam revisitaret, Eberhardus feliciter migravit a saeculo.

XV

Regionem quoque Burgundiorum tempore alio adiit, et ad Agaunensium locum ubi sanctus Mauritius cum suis sequacibus propter nomen Domini martyrium sumpsit, magnae humilitatis studio visitavit. Qui antea a rege Burgundionum promissionem accepit, ut unum de sanctis martyribus ex ejus datione et adjutorio inde ad Augustam referre mereretur. Et cum illuc die Sabbati perveniret, monasterium noviter a Sarracenis exustum invenit, et nullum de habitatoribus ibi conspexit, nisi unum aedis aedilem combustum monasterium custodientem. Cumque ille sacram noctem in Dei laudibus ibi permaneret, et mane cum radius solis primum latitudini terrae lucem diffunderet missam de Sancta Trinitate celebravit; qua expleta, cum alteram statim venerationi dici Dominici congruentem celebrare coepisset, duodecim clerici cum multitudine populi advenientes ministerii sui celebrationem audientes perstiterunt. Quo peracto, sanctus episcopus eosdem fratres salutavit, et muneribus honoravit, et ob quam rem illuc deveniret notum fecit. Qui hilaritatis ejus dulcedinem et sanctitatis religionem persentientes, ne delectabili desiderio privatus abiret, aperta collocationis sanctorum spelunca in scopulo exciso, plurima parte sanctarum reliquiarum donatum laetificaverunt.

Cum vero optabili licentia clericorum et amantissima dimissione populi inde rediret, Constantiam civitatem causa orationis visitavit, et inde ad Augiam insulam venit, et ab Aleuvico abbate charitative susceptus et omnimodis commodis bene procuratus est. Cumque amabili colloquio inter se sermocinarentur, omnia quae ei in itinere acciderunt nota fecit. Benevolentia autem abbatis, cum audiret eum pro amore sanctarum exsequiarum exire, desiderio ejus satisfaciens, non modicam partem de corpore sancti Mauritii et de aliorum multorum sanctorum reliquiis ei donans, laetum abire permisit.

La última vez, viviendo aún Eberardo, cuando debía partir de allí, terminada una conversación llena de todo afecto y recibida la despedida con oraciones en la iglesia, salió hacia el carruaje que había de llevarlo de vuelta; y cuando estaba ya dispuesto a partir y no pensaba volver a ver aquel día a san Eberardo, este, de repente, vino tras él como con prisa y, repitiendo los besos de caridad, le dijo con ojos llorosos: «Desde esta hora no volverás a verme, hasta que, libres de los cuerpos, merezcamos vernos en la presencia de Dios.» El obispo respondió a sus palabras: «Dulcísimo padre, ¿sabes, pues, con certeza que yo partiré pronto de este siglo?» Él le respondió: «El fin de tu vida no está todavía cerca; pero no dudes de que son verdaderas las palabras que acabo de decirte.» Dichas estas palabras, el obispo regresó, y antes de que volviera a visitar aquella celda, Eberardo partió felizmente de este siglo.

XV

En otra ocasión fue a la región de los borgoñones y visitó con gran humildad y fervor el lugar de Agauno donde san Mauricio con sus compañeros sufrió el martirio por el nombre del Señor. Antes había recibido del rey de los borgoñones la promesa de que, por su donación y ayuda, podría llevar de allí a Augsburgo a uno de los santos mártires. Y cuando llegó allí un sábado, encontró el monasterio recién incendiado por los sarracenos, y no vio a ninguno de sus moradores, salvo a un sacristán que custodiaba el monasterio quemado. Pasó allí la santa noche en las alabanzas de Dios, y por la mañana, cuando el rayo del sol difundía por primera vez su luz sobre la anchura de la tierra, celebró una misa de la Santísima Trinidad; y terminada esta, cuando acababa de comenzar a celebrar otra conforme a la veneración del día del Señor, llegaron doce clérigos con una multitud de pueblo y se quedaron oyendo la celebración de su ministerio. Terminada, el santo obispo saludó a aquellos hermanos, los honró con regalos y les dio a conocer por qué había venido allí. Ellos, percibiendo la dulzura de su alegría y la piedad de su santidad, para que no se fuera privado de su grato deseo, abrieron la cueva excavada en la roca donde yacían los santos y lo alegraron regalándole una gran parte de las santas reliquias.

Y cuando volvía de allí, con la grata licencia de los clérigos y la amantísima despedida del pueblo, visitó la ciudad de Constanza para orar, y de allí fue a la isla de Reichenau, donde fue recibido con caridad por el abad Alawico y bien atendido con toda clase de comodidades. Y mientras conversaban amigablemente entre sí, le contó todo lo que le había sucedido en el viaje. El abad, en su benevolencia, al oír que había salido por amor a los santos restos, satisfizo su deseo, le regaló una parte no pequeña del cuerpo de san Mauricio y de las reliquias de otros muchos santos, y lo dejó partir contento.

Augustae vero civitati cum appropinquaret, praemissis nuntiis demandavit ut ad optivum donum sanctarum reliquiarum, quod secum attulerat, honorifice clerici cum populo, et cum crucibus et incenso pigmentorum aquaque benedicta occurrerent, et suscipiende gloriose cum laudibus et melodiis congruis perducerent honorifice cum illo in ecclesiam in honore sanctae Dei genitricis Mariae consecratam. Illuc cum perductum esset, ab episcopo caute collocatum est in arcam auro et argento coopertam, ad laudem Dei omnipotentis, et in auxilium populi advenientis, in nomine Domini nostri Jesu Christi, cui est honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen.

XVI

Talibus et his similibus studiis semper in Dei voluntate serviens, decertavit qualiter episcopatum, quem ad regendum suscepit, omnigenis honoribus sublimare potuisset, et servitium Dei et sanctae Mariae Dei genitricis amplificare indefessus laborabat, et ideo ubique gratia Dei praeventus, sicut in Psalmis scriptum invenitur: Voluntatem timentium se faciet, et deprecationem eorum exaudiet, et salvos faciet eos; et secundum Apostolum dicentem: Scimus quomodo diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, etc.. Multiplicibus enim Dei magnificentiis honoratus, et firma fide confortatus, desideria voluntatis suae percipiens, multis in suis necessitatibus profuit, et possibilitatis suae potentiam quantum potuit humiliter celavit, quia multi qui caduco morbo vexabantur, sanctitatis ejus benedictione percepta, sospitati restituebantur, si pro qua re benedictionem expetivere, non indicavere; qui autem necessitatis eorum afflictionem manifeste nuntiaverunt, benedictione subtracta, causa humilitatis abire permisit, dicens: « Ego non sum dignus de hac infirmitate vos posse liberare. »

Sanctificatum vero oleum in die coenae Domini ab eo tam salubre effectum est, ut multi in infirmitate positi, ab eo uncti celeriter sanitati restituerentur, et multi caliginem oculorum habentes, et praesentis luminis se in hoc saeculo munere carentes putavere, a tactu hujus olei serenitate oculorum iterum uti meruerunt. Haec vero, nemine dicente, comperiebam, sed propriis oculis in quamplurimis peracta conspiciebam.

De ipsius autem episcopi recuperatione non oportet reticere quia, cum quodam tempore de monasterio Sancti Galli redire ad Augustam civitatem decrevisset, Campidonam veniens, tam gravi infirmitate detentus est ut ex se sine adjutorio aliorum ambulare non potuisset, et cibum ad recreationem corporis sumere vires non sufficerent.

Al acercarse a la ciudad de Augsburgo, envió por delante mensajeros con el encargo de que los clérigos con el pueblo salieran con honra al encuentro del deseado regalo de santas reliquias que traía consigo, con cruces, incienso de aromas y agua bendita, y que, recibiéndolo gloriosamente con alabanzas y melodías convenientes, lo condujeran con honra junto con él a la iglesia consagrada en honor de santa María, Madre de Dios. Cuando fue conducido allí, el obispo lo depositó con cuidado en un arca cubierta de oro y plata, para alabanza de Dios omnipotente y auxilio del pueblo que acude, en el nombre de nuestro Señor Jesucristo, a quien sea el honor y la gloria por los siglos infinitos de los siglos. Amén.

XVI

Sirviendo siempre en la voluntad de Dios con tales afanes y otros semejantes, se esforzaba en cómo podría enaltecer con toda clase de honras el obispado que había recibido para gobernar, y trabajaba incansable por acrecentar el servicio de Dios y de santa María, Madre de Dios; y por eso en todas partes se le adelantaba la gracia de Dios, como se halla escrito en los Salmos: Cumplirá la voluntad de los que le temen, escuchará su súplica y los salvará (Sal 145,19); y según el Apóstol, que dice: Sabemos que a los que aman a Dios todas las cosas les ayudan para bien (Rom 8,28), etcétera. Honrado con múltiples maravillas de Dios y fortalecido por una fe firme, obtenía los deseos de su voluntad y ayudó a muchos en sus necesidades, pero ocultó con humildad, cuanto pudo, el poder que tenía; porque muchos que padecían la enfermedad caduca recobraban la salud al recibir la bendición de su santidad, si no le decían por qué pedían la bendición; pero a los que le manifestaban abiertamente la aflicción de su necesidad, por humildad los dejaba ir sin la bendición, diciendo: «Yo no soy digno de poder libraros de esta enfermedad.»

El óleo santificado por él el día de la Cena del Señor resultó tan saludable que muchos enfermos, ungidos por él, recobraban rápidamente la salud, y muchos que tenían los ojos nublados y se creían privados para este siglo del don de la luz presente, merecieron al contacto de este óleo volver a gozar de la claridad de sus ojos. Esto no lo supe porque nadie me lo contara, sino que lo vi con mis propios ojos realizado en muchísimas personas.

Tampoco conviene callar la curación del propio obispo: en cierta ocasión, habiendo decidido volver del monasterio de San Galo a la ciudad de Augsburgo, llegó a Kempten y fue presa de una enfermedad tan grave que no podía caminar por sí mismo sin ayuda de otros, y no le alcanzaban las fuerzas para tomar alimento con que reponer el cuerpo.

Missis nuntiis celeriter ad Augustam civitatem, oleum ab eo consecratum sibi inde reportare praecepit, cumque in vigilia Pentecosten nuntiis revertentibus hora diei nona, cum adhuc congregatio monachorum solemni officio missae interfuisset, et ipse intra cubiculum sacrum mysterium auditum habuisset, oleum ei repraesentaretur, peracto sacro mysterio, monachi ad eum introducti sunt praesentibus clericis qui cum eo illuc devenerunt, et cantatis pro ejus infirmitate septem psalmis, letaniaque devote expleta, quemdam sanctum monachum Hiltine nominatum, ad claustrum revertentes fratres ad ungendum eum oleo sancto cum suis duobus presbyteris dimiserunt.

Unctione vero peracta, secundum doctrinam Jacobi apostoli: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyterum Ecclesiae, etc., dixit episcopus praeposito: « Istis unctoribus meis cum caeteris meis comitibus, in mea vice servitium congruenter exhibete, cum his bonis quae nobis hodie concessit Deus. » Cum vero ad mensam prendendum consedissent, et adhuc prandium peractum non fuisset, nuntius de episcopo venit, dicens: « Laeto animo estote et recreamini cum gaudio, quia dominus noster episcopus, quamvis hebdomada praeterita vel buccellam panis ad refectionem accipere non potuisset, nunc, Deo donante, se reficit, et reducta sanitate est melioratus. » Qui, audito delectabili nuntio, omnes simul Deum laudantes et Deo gratias dicentes, hilares effecti sunt. Vespertina autem hora adveniente, et signo vespertinali in primis sonante, statim surrexit, et ad ecclesiam ambulavit, et ibi in Dei laudibus infatigatus permansit, donec Vespertinalis laus a fratribus secundum cursum monachorum prolixe perficiebatur, et postea, de die in diem confortatus, ex integro pristinae sanitati cito restitutus est.

O quam magna multitudo dulcedinis Dei, qui illi hoc tanta velocitate ad remedium concessit, quod ille aliis ad medicinam et ad indulgentiam peccatorum praeparavit, ut cum ejus fide perfecta caeteris plurimis fides confirmaretur!

XVII

Tradere huic quoque me aliam rationem in hoc loco oportet, quam Herewigo capellano ejus dicente comperi. Quadam die cum pro aliqua utilitatis causa super fluvium Vindicem nominatum caballicare debuisset, et ipse ab illuvie elevatus fuisset, et comites episcopi universi vadum rectitudinis devitarent, et alia vada aptiora quaererent, et idem ipse praenominatus Herewigus solus cum eo remaneret, ipse vadum quod alii omiserunt sine trepidatione transcendit, soccis de sago factis indutus propter frigus, quia hiems erat.

Envió rápidamente mensajeros a la ciudad de Augsburgo y mandó que le trajeran de allí el óleo consagrado por él; y cuando los mensajeros volvieron la vigilia de Pentecostés a la hora nona del día, mientras la comunidad de los monjes asistía todavía al oficio solemne de la misa y él había oído el sagrado misterio en su cámara, se le presentó el óleo; y terminado el sagrado misterio, los monjes fueron introducidos ante él, en presencia de los clérigos que habían venido allí con él, y cantados por su enfermedad los siete salmos y rezada devotamente la letanía, los hermanos volvieron al claustro y dejaron a un santo monje llamado Hiltino, con sus dos presbíteros, para que lo ungiera con el santo óleo.

Realizada la unción, según la enseñanza del apóstol Santiago: ¿Está enfermo alguno de vosotros? Llame al presbítero de la Iglesia (Sant 5,14), etcétera, el obispo dijo al preboste: «Atended como conviene, en mi lugar, a estos que me han ungido y a los demás compañeros míos, con los bienes que Dios nos ha concedido hoy.» Y cuando se habían sentado a la mesa para comer y todavía no habían terminado la comida, llegó un mensajero de parte del obispo diciendo: «Estad de buen ánimo y reponeos con gozo, porque nuestro señor el obispo, aunque la semana pasada no podía tomar ni un bocado de pan para alimentarse, ahora, por don de Dios, come y, recobrada la salud, ha mejorado.» Ellos, al oír la grata noticia, alabando todos juntos a Dios y dándole gracias, se llenaron de alegría. Llegada la hora vespertina y apenas sonó la señal de Vísperas, se levantó al instante, fue a pie a la iglesia y permaneció allí incansable en las alabanzas de Dios mientras los hermanos cantaban largamente el oficio vespertino según el uso de los monjes; y después, fortaleciéndose de día en día, pronto recobró por completo su antigua salud.

¡Oh, cuán grande es la abundancia de la dulzura de Dios, que le concedió a él con tanta rapidez como remedio lo que él había preparado para otros como medicina y para el perdón de los pecados, a fin de que por su fe perfecta se confirmara la fe de muchísimos otros!

XVII

Conviene también que refiera en este lugar otro suceso, que supe por boca de su capellán Herewigo. Un día, como por algún asunto necesario tenía que cruzar a caballo el río llamado Wertach, y este había crecido con la riada, todos los compañeros del obispo evitaron el vado directo y buscaron otros vados más practicables, y solo el dicho Herewigo se quedó con él; y él cruzó sin temor el vado que los otros habían rehuido, calzado con unas calzas de paño basto a causa del frío, porque era invierno.

Praefatus vero Herewigus, flumine transgresso, ex cingulo deorsum, quamvis super altiorem caballum sederet quam episcopus, udus effectus est, et prospiciens in vestimenta episcopi si aqua infunderentur, sed nec in soccis quidem unum pilum humidum conspexit, et ad episcopum dixit: « Ego uditate perfusus sum, et tuae celsitudini pilus in soccis non est madefactus: » Cui dixit episcopus: « Haec quae vidisti, me vivente nemini dicere praesumas.

Alio vero tempore cum ad colloquium Ottonis imperatoris ad Ratisbonam civitatem navigando per Danubium venire decrevisset, quodam die, nautis incaute ante se conspicientibus, navis cuidam ligno importune conjuncta, aquis repleta immersionem omnibus minabatur. Perturbati vero omnes et timore perculsi, ad littus magno studio navem perducere festinarunt. Navi vero aridae adducta, quae intra erant ad littus portaverunt, illius vero episcopi posteriori rostro navis sedentis obliti sunt. Unus vero clericorum Mesi nominatus, magno stupore attonitus, dixit: « Heu nobis miseris! quia seniori nostro in isto periculo adjutores non fuimus, » et his dictis currens per profunditatem aquae quae in navi fuerat congregata, assumptis brachiis episcopi super humeros ejus, evexit eum extra navem, omnibus itaque expositis et illo novissime egresso, navis in posteriori parte profunditati demersa est.

Quid mirum si navis onusta eo insedente mergi non potuit, sed eo jubente super aquam stetit qui beato Petro apostolo undas maris ad superambulandum propria voluntate firmavit? Sic non ex sua conditione, sed ex meritis in ea sedentis navis interim super aquas natare cogebatur donec cunctis stipendiis et oneribus relevaretur, postea vero immersa nuntiabatur.

XVIII

Romam visitare itaque cum quodam tempore aestuanti animo desideraret, et ad fluvium nomine Tarcum perveniret, tam periculosum ex inundatione aquarum factum invenit, ut nullus ex utraque parte advenientium eo die vel alio se posse venire super eum speraret: sanctus episcopus in Deum confidens, paratura missatica se indui festinavit, et in littore fluminis cum suis comitibus missam devote celebravit, et post missam praefatum fluvium tanta commoditate transivit, ut nulli ejus comitum aliquid adversitatum eveniret, sed omnes salvi et incolumes Deum laudantes gaudendo ibant per viam.

XIX

El dicho Herewigo, cruzado el río, quedó empapado de la cintura para abajo, aunque montaba un caballo más alto que el del obispo; y mirando las ropas del obispo por si el agua las había calado, no vio ni un solo pelo mojado ni siquiera en sus calzas, y dijo al obispo: «Yo estoy calado de humedad, y a vuestra alteza no se le ha mojado ni un pelo de las calzas.» El obispo le dijo: «Lo que has visto, no te atrevas a contárselo a nadie mientras yo viva.»

En otra ocasión, habiendo decidido ir a una asamblea del emperador Otón en la ciudad de Ratisbona navegando por el Danubio, un día, porque los barqueros miraban descuidadamente hacia delante, la nave chocó con mala fortuna contra un madero, se llenó de agua y amenazaba con hundirse con todos. Todos, turbados y sobrecogidos de temor, se apresuraron a llevar con gran esfuerzo la nave a la orilla. Llevada la nave a tierra firme, sacaron a la orilla lo que había dentro, pero se olvidaron del obispo, que estaba sentado en la popa. Uno de los clérigos, llamado Mesi, atónito de gran estupor, dijo: «¡Ay de nosotros, miserables, que no hemos ayudado a nuestro señor en este peligro!»; y dicho esto, corriendo por el agua profunda que se había juntado en la nave, se puso los brazos del obispo sobre los hombros y lo sacó fuera de la nave; y una vez descargado todo y salido él el último, la nave se hundió en lo profundo por la parte de popa.

¿Qué tiene de extraño que la nave cargada no pudiera hundirse mientras él estaba sentado en ella, sino que se mantuviera sobre el agua por mandato de aquel que por su propia voluntad afirmó las olas del mar para que el bienaventurado apóstol Pedro caminara sobre ellas? Así, no por su propia condición, sino por los méritos del que iba sentado en ella, la nave se vio obligada a flotar entretanto sobre las aguas hasta quedar libre de todas las provisiones y cargas, y solo después se anunció que se había hundido.

XVIII

En cierta ocasión, deseando con ardiente ánimo visitar Roma, llegó al río llamado Tarco y lo halló tan peligroso por la crecida de las aguas que ninguno de los que llegaban por una y otra parte esperaba poder pasarlo aquel día ni otro; el santo obispo, confiando en Dios, se apresuró a revestirse con los ornamentos de la misa, celebró devotamente la misa con sus compañeros en la orilla del río y, después de la misa, cruzó dicho río con tanta facilidad que a ninguno de sus compañeros le ocurrió contratiempo alguno, sino que todos siguieron su camino sanos y salvos, alabando a Dios con gozo.

XIX

Multimodis Christi servitiis cum ferventissime insisteret, et undique amplificare studuisset, Deo donante, excogitavit, propter cujusdam sanctimonialis religionem Emoza nominatae, ad ecclesiam Sancti Stephani protomartyris sanctimonalium congregationem componere, et regulae sanctitatis subdere, et sancto velamine Christo Deo desponsatas conjungere. Quod cum factum fuisset, quaedam mulier cum consensu connubia mariti despiciens, eidem congregationi ob futurae beatitudinis mercedem obedientiam professa se admiscuit, litterarum vero scientia ad perfectionem docta non manebat, ad exteriora autem necessitatis opera strenuitatem magnam habebat, et ideo aliae sanctimoniales eam cellerariam facere voluerunt. Qua renuente, episcopo nuntiatum est, et supplicatum est ut cum sua potestate ministerium cellarii commendaretur. Episcopus vero, supplicationi assensum praebens, praefatam sanctimonialem cellerariam esse praecepit: illa autem praecepto episcopi non obedivit, sed in pristina refragatione conata est persistere.

Sequenti vero nocte in somnis audivit vocem dicentem sibi: « Quia non obedisti praecepto episcopi, ideo usu ambulandi privaris tandiu donec ab eo absolveris. » Expergefacta autem dissolutam membris ita se esse persensit, ut nullum ambulandi effectum habere potuisset. Hac infirmitate ligata, laboriose exspectabat adventum episcopi. Interim vero appropinquabat tempus synodalis colloquii, et episcopus ad Augustam revertebatur; hoc cum infirma sanctimonialis audiret, rogavit se portari in ecclesiam Sanctae Mariae et obtutibus ejus repraesentari, cumque ad ejus praesentiam veniret, ejus misericordiam deprecari coepit, ut ab affligentibus alligationibus infirmitatis ab eo absolvi mereretur. Audita ejus deprecatione, episcopus de inobedientia eam increpavit, et munere benedictionis simul et indulgentiae donatam dimisit. Cumque ab ea reverteretur episcopus, statim sanitati restituta currendo praecessit episcopum, antequam ille perambularet ecclesiam, et, ante celsitudinis ejus praesentiam prostrata, Deum pro reddita sanitate laudando, promisit de inobedientia ultra sese fore emendaturam, et ad proprias mansiunculas laeta rediit.

XX

Hymnizans sanctus Dominum episcopus, habili tempore postea ecclesiam in coemeterio Sanctae Mariae in modum crucis aedificare coepit, et, aedificatione peracta altaribusque quinque in ea compositis, in honore sancti Joannis Baptistae dedicavit, et dolium baptizandi de petra excisum in ea constitui fecit, et, dote legitimatam, presbytero ad procurandum in divinis officiis commendavit, et praecepit ut matricularii in omni

Como se entregaba con sumo fervor a los múltiples servicios de Cristo y procuraba acrecentarlos por todas partes, por don de Dios concibió el propósito, a causa de la piedad de una monja llamada Emoza, de establecer una comunidad de monjas junto a la iglesia de San Esteban protomártir, someterla a la regla de la santidad y unirlas con el santo velo como esposas a Cristo Dios. Hecho esto, una mujer que, con el consentimiento de su marido, había renunciado al matrimonio, se unió a esa comunidad profesando obediencia por la recompensa de la bienaventuranza futura; no era muy instruida en el saber de las letras, pero tenía gran diligencia para los trabajos exteriores necesarios, y por eso las demás monjas quisieron hacerla cillerera. Como ella se negaba, se lo comunicaron al obispo y le suplicaron que le encomendara con su autoridad el oficio de cillerera. El obispo, accediendo a la súplica, mandó que la dicha monja fuera cillerera; pero ella no obedeció el mandato del obispo, sino que intentó persistir en su anterior negativa.

La noche siguiente oyó en sueños una voz que le decía: «Porque no obedeciste el mandato del obispo, serás privada del uso de andar hasta que él te absuelva.» Al despertar, sintió sus miembros tan desatados que no tenía ninguna capacidad para andar. Atada por esta enfermedad, esperaba penosamente la llegada del obispo. Entretanto se acercaba el tiempo del sínodo, y el obispo volvía a Augsburgo; al oírlo la monja enferma, pidió que la llevaran a la iglesia de Santa María y la pusieran ante su vista; y cuando llegó a su presencia, comenzó a implorar su misericordia para merecer ser absuelta por él de las penosas ataduras de la enfermedad. Oída su súplica, el obispo la reprendió por su desobediencia y la despidió agraciada con el don de su bendición y a la vez de su perdón. Y cuando el obispo se apartaba de ella, al instante, recobrada la salud, se le adelantó corriendo antes de que él recorriera la iglesia, y, postrada ante su alteza, alabando a Dios por la salud recobrada, prometió que en adelante se enmendaría de su desobediencia, y volvió contenta a su morada.

XX

Cantando himnos al Señor, el santo obispo comenzó después, en tiempo oportuno, a edificar una iglesia en forma de cruz en el cementerio de Santa María; y terminada la construcción y levantados en ella cinco altares, la dedicó en honor de san Juan Bautista, hizo colocar en ella una pila bautismal labrada en piedra y, dotándola legítimamente, la encomendó a un presbítero para que cuidara de los oficios divinos; y mandó que el clero de la catedral

hebdomada die Sabbati, et in aliis solemnibus festivitatibus, cum Evangelio et crucibus et cereis, cum Dei laudibus reverenter visitarent, et in Paschali hebdomada, quam dicunt infra Albas, quia tunc consuetudo est tres cantare psalmos ad Vesperam, remanentes duos illuc deambulando cum antiphona et tono formosa modulatione perpsallere, et ipse persaepe ibi salutares hostias Deo immolare consuevit.

XXI

Zoam in ultimis temporibus suam salvare cupiendo, animo decrevit, quamvis vires corporis de die in diem decrescere sentiret, ut limina apostolorum Petri et Pauli devota intentione laborasset visitare. Cumque aliquantulum itineris peregisset in carpento, et ad difficiliores vias perveniret, non potuit iter ultra peragere, antequam in lecto collocatus equis superpositus pergere coepit: sicque pergendo, quamvis comitibus ejus ubique periculosum videretur, Deo juvante, et sancto Petro apostolo, sine periculo Romam pervenit, votorumque ibi antea dispositorum et promissionibus devotissime expletis, et gratissimorum emolumentorum et indulgentiarum donis acceptis, permissoque salubri a sancto Petro et vicario ejus pontifice, caeterisque Deo ibi sancto Petro militantibus, honorabiliter accepto, felicem reditum iniit, et Ravennam visitare disposuit.

Illucque cum appropinquaret, imperatorem gloriosum Ottonem cum imperatrice Adalhaida ibi manere comperit, et ante se misso nuntio adventum ejus illi indicavit, et ille statim nuntium sequendo ad ostium cubiculi imperatoris pervenit. Imperator vero, cum eum in tanta vicinitate manere agnovisset, uno pede calceato et alio adhuc incalceato, causa humilitatis et flagrantia divini amoris, eum ad suscipiendum amabiliter festinavit. Cumque in cubiculo accersita imperatrice suavi colloquio fruerentur, et alternis locutionibus diversarum rerum proventus terminarent, vir sanctus imperatorem cum auxilio imperatricis flagitare coepit ut filio sororis suae Adalberoni procurationem sui episcopatus, regimenque super familiam et omnia negotia saecularia ad eum pertinentia, fideliter firmiterque commendaret, et ut a celsitudine ejus imperialis potentiae promissum consolationis accipere mereretur, ut post ejus discessum cathedram episcopalis potestatis ei donaret, ut sibi majoris otii ad studium orationis et ecclesiastici regiminis et Christianitatis stabilitatem facultas concederetur. Cujus petioni gloriosus et benevolus imperator assensum praebens saecularium negotiorum commercia Adalberoni commendavit, et episcopalis honorem cathedrae post vitam episcopi, si Deus vellet, ei donare promisit, et insuper multis libris auri episcopum donatum amabiliter abire permisit, et ejus mansiones cum alio servitio necessario, cum suis fidelibus usque ad finem illius provinciae caute disposuit.

XXII

la visitara con reverencia cada semana el sábado y en otras festividades solemnes, con el Evangeliario, cruces y cirios y con alabanzas a Dios; y que en la semana de Pascua, que llaman «in albis», como entonces es costumbre cantar tres salmos en Vísperas, fueran allá en procesión y cantaran los dos restantes con una antífona y su tono en hermosa melodía; y él mismo solía ofrecer allí muy a menudo a Dios el sacrificio de salvación.

XXI

Deseando salvar su alma en sus últimos días, resolvió en su ánimo, aunque sentía que las fuerzas de su cuerpo menguaban de día en día, esforzarse con devota intención por visitar los umbrales de los apóstoles Pedro y Pablo. Cuando había recorrido un breve trecho del camino en carruaje y llegó a caminos más ásperos, no pudo seguir adelante hasta que, acostado en un lecho puesto sobre caballos, comenzó a avanzar de ese modo; y avanzando así, aunque a sus compañeros les parecía peligroso en todas partes, con la ayuda de Dios y del santo apóstol Pedro llegó a Roma sin peligro; y cumplidos allí con suma devoción los votos y promesas que había hecho de antemano, recibidos los dones de gratísimos beneficios y de indulgencias, y obtenida con honra una saludable licencia de san Pedro y de su vicario el pontífice, y de los demás que sirven allí a Dios en San Pedro, emprendió un feliz regreso y dispuso visitar Rávena.

Al acercarse, supo que el glorioso emperador Otón residía allí con la emperatriz Adelaida, y, enviando por delante un mensajero, le anunció su llegada; y él, siguiendo de cerca al mensajero, llegó a la puerta de la cámara del emperador. El emperador, al saber que estaba tan cerca, con un pie calzado y el otro todavía descalzo, por humildad y por el ardor del amor divino, se apresuró afectuosamente a recibirlo. Y cuando, llamada la emperatriz, gozaban en la cámara de una dulce conversación y, hablando por turno, resolvían el curso de diversos asuntos, el santo varón comenzó a suplicar al emperador, con la ayuda de la emperatriz, que encomendara fiel y firmemente a Adalberón, hijo de su hermana, la administración de su obispado, con el gobierno de la servidumbre y de todos los asuntos seculares que le pertenecían; y que mereciera recibir de la alteza de su poder imperial la consoladora promesa de que, después de su partida, daría a Adalberón la cátedra de la potestad episcopal; a fin de que a él se le concediera la posibilidad de un mayor sosiego para dedicarse a la oración y al orden de la Iglesia, y a la firmeza de la vida cristiana. El glorioso y benévolo emperador, accediendo a su petición, encomendó a Adalberón la gestión de los asuntos seculares y prometió darle el honor de la cátedra episcopal después de la vida del obispo, si Dios quería; y además obsequió al obispo con muchas libras de oro y lo dejó partir con afecto, y por medio de sus fieles dispuso con cuidado sus alojamientos, con el demás servicio necesario, hasta el término de aquella provincia.

XXII

Episcopus autem et praefatus Adalbero, cum laetabundi reverterentur ad civitatem, honorifice sicut decuit suscepti sunt, et omnes qui ibi inventi sunt, comperta eorum prospera reversione et honorificatione ab imperatore eis facta, valde laetificati sunt. Tunc vero praefatus Adalbero, congregatis militibus episcopi, desideravit ut ei sacramenta fidelitatis jurarent, quod et fecerunt in praesentia episcopi; similiter et familia per totum episcopatum fecit. Episcopus autem indumento more monachorum formato induebatur, quorum antea regulam multimodis virtutibus sequi consueverat. Cumque haec ita agerentur, propter quorumdam clericorum aemulationem, qui se aestimabant post obitum sancti episcopi, imperiali celsitudine concedente, episcopatum posse acquirere, ferulam episcopalem publice portare praesumpsit, ut eis tota spes acquirendi episcopatus adimeretur.

XXIII

Postea vero revertentibus de Italia imperatoribus, patre scilicet et ipsius prole, ad Franciam, facta est synodus in loco qui dicitur Ingilunheim, ad quam archiepiscopi cum caeteris suis suffraganeis sanctum Udalricum cum suis legatis honorifice invitaverunt, Adalberonemque ejus nepotem cum eo venire decreverunt. Illuc vero cum pervenirent, et antistites ibidem congregati Adalberonem baculum episcopalem publice portare cognovissent, irati sunt contra eum, et dicebant ut, contra canonicae rectitudinis regulam, in haeresim lapsus fuisset, et quod pontificalis honorem sublimitatis vivente episcopo sibi plus justo vindicaret, et ideo ultra eum episcopum ordinari non deceret. Quibus ille auditis, prima die synodale colloquium intrare devitavit, et in alia domo cum caeteris clericis episcopi remanebat. Antistes autem cum paucis suis capellanis synodum intravit.

Cumque inter se pontifices colloquia habere coepissent, uniuscujusque rationem per latinitatis locutionem voluerunt terminari; cumque causa sancti Udalrici fuisset ventilanda, et ille, pro infirmitate, tam sonora voce ut tota synodus audire potuisset, rationem proferre non posset, advocabatur unus suus clericus nomine Gerhardus, qui extra synodum cum Adalberone remanebat, ut pro eo desiderii sui rationem per latinitatis locutionem manifestaret. Cumque vix, pro densitate multitudinis, in praesentia imperatorum et episcoporum praesens stetisset, interrogabatur quid desideraret dominus suus. Quibus interrogationibus multiplicatis, dixit: « Non debeo interrogationibus vestris respondere pro domino meo, nisi illo praecipiente. » Cui dixit episcopus: « Frater, bene tibi notum est desiderium meum, enarra hoc, et obsecra ut eorum consiliis et permissionibus, Deo juvante, expletum fiat. » Tunc praefatus clericus Gerhardus in praesentia omnium dixit: « Excellentissimi imperatores, et religiosissimi antistites, desiderium domini mei est relinquere saeculum, et secundum regulam sancti Benedicti sanctam inire vitam, et in contemplativa vita diem exspectare obitus sui.

Cuando el obispo y el dicho Adalberón volvieron llenos de alegría a la ciudad, fueron recibidos con honra, como convenía; y todos los que se hallaban allí, al saber de su próspero regreso y de la honra que les había hecho el emperador, se alegraron mucho. Entonces el dicho Adalberón reunió a los caballeros del obispo y quiso que le prestaran juramento de fidelidad, y así lo hicieron en presencia del obispo; y lo mismo hizo la servidumbre en todo el obispado. El obispo, por su parte, vestía un hábito hecho al modo de los monjes, cuya regla ya antes solía seguir con virtudes de muchas clases. Mientras esto sucedía, a causa de la rivalidad de ciertos clérigos que pensaban que, tras la muerte del santo obispo, podrían obtener el obispado por concesión de la alteza imperial, Adalberón se atrevió a llevar en público el báculo episcopal, para quitarles toda esperanza de obtener el obispado.

XXIII

Después, cuando los emperadores, es decir, el padre y su hijo, volvían de Italia a Francia, se celebró un sínodo en el lugar llamado Ingelheim, al que los arzobispos con sus demás sufragáneos invitaron con honra a san Ulrico por medio de sus legados; y dispusieron que viniera con él su sobrino Adalberón. Cuando llegaron allí, y los prelados reunidos en aquel lugar supieron que Adalberón llevaba en público el báculo episcopal, se airaron contra él y decían que había caído en herejía contra la regla de la rectitud canónica, y que, viviendo aún el obispo, se arrogaba más de lo justo el honor de la dignidad pontifical, y que por eso ya no convenía que fuera ordenado obispo. Al oír esto, el primer día evitó entrar en la asamblea sinodal y se quedó en otra casa con los demás clérigos del obispo. El obispo, en cambio, entró en el sínodo con unos pocos de sus capellanes.

Cuando los obispos comenzaron a deliberar entre sí, quisieron que la causa de cada uno se resolviera hablando en latín; y como había que debatir la causa de san Ulrico, y él, por su enfermedad, no podía exponer sus razones con voz tan sonora que la oyera todo el sínodo, se llamó a uno de sus clérigos, llamado Gerardo, que se había quedado fuera del sínodo con Adalberón, para que expusiera en su lugar, hablando en latín, las razones de su deseo. Y cuando, a duras penas por la apretura de la multitud, logró presentarse ante los emperadores y los obispos, se le preguntó qué deseaba su señor. Como le multiplicaban las preguntas, dijo: «No debo responder a vuestras preguntas en nombre de mi señor si él no me lo manda.» El obispo le dijo: «Hermano, bien conoces mi deseo; exponlo, y suplica que, con su consejo y su permiso, con la ayuda de Dios, se cumpla.» Entonces el dicho clérigo Gerardo habló en presencia de todos: «Excelentísimos emperadores y religiosísimos prelados, el deseo de mi señor es dejar el siglo, abrazar una vida santa según la regla de san Benito y esperar en la vida contemplativa el día de su muerte.

In indumento pro certo habitus exterioris, potestis cognoscere voluntatem animi interioris. » Istis et aliis rationibus in voluntate domini sui in finem deductis, terra tenus cecidit ante pedes imperatorum et antistitum, obsecrans ut petitionem domini sui secundum Dei voluntatem implere non dedignarentur.

Qui simul respondendi inducias usque in crastinum diem postulaverunt, et postea inter se aestimaverunt qualiter causa Adalberonis terminaretur. Quidam vero episcoporum adjutores Adalberonis fuerunt, ne prorsus a spe episcopalis ordinationis, post vitam avunculi sui excluderetur. Haec cum inter se sermocinarentur, ultima in unum ratione coadunati, omnes simul firmaverunt quod, nisi Adalbero se sacramento excusaret quod non sciret haeresim manere quia episcopalem potentiam cum baculo arripuit, nullo modo ulterius legaliter episcopus fieri potuisset.

Altera vero die cum episcopo etiam Adalbero synodali interfuit colloquio, et, cum ei praedictum crimen imputaretur, multis objectionibus diversorum colloquiorum cum suis adjutoribus a praedicto crimine se defendere statuit. Hoc cum ei adunatio omnium episcoporum non consentiret, secundum prae dictam destinationem episcoporum sacramentum perfecit, per nomen Patris, et Filii, et Spiritus sancti super quatuor Evangelia. Tunc iterum episcopus Udalricus petitionis suae responsa, quae pridie procrastinata fuerunt, per praedictum suum clericum expetivit, quia desideravit ut praedictus suus nepos episcopus ordinaretur, et ille, secundum regulam sancti Benedicti, in monasterio cum eorum consensu deservire mereretur.

Episcopi autem, quamvis eis ex toto non placeret, aperte ei in synodo contradicere noluere petitionem suam; sed sapientissimi ex ipsis, cum consilio aliorum, extra synodum eum ambulare cum illis postulaverunt, ibique cum eo et cum suis clericis sapientissimis secretam locutionem habuere, dicentes: « Reverende Pater, cui nota est omnium ecclesiasticorum librorum normula, qui semper callem rectitudinis ambulasti non deviando, non decet ut nunc, istam viam quam semper tenuisti omittens, seminarium ex te sumat talis error, ut alius in loco tuo, te vivente, ordinetur; quia, si ex te tatis consuetudo incipit perpetrari, in posterum multis reverendis et bonis episcopis, ab eorum nepotibus et clericis talia desiderantibus, multa concrescunt adversa. Melius tibi est ut in eo ministerio, in quo coepisti, Deo servire permaneas, quam, tuam voluntatem sequens, aliis plurimis scandalum facias; quia ex te canonici et monachi et sanctimoniales et caeteri Christiani ad rectitudinis statum debent constringi, qui ex semetipsis per climata cadere festinant. Qui autem incaute ambulando ceciderunt, ex te, Deo juvante, erigi posse sperandi sunt. De nepote autem tuo Adalberone tuae voluntati satisfaciendo, in commune firmamus ut nullus alius a nobis post tuum discessum, ad illum locum in quo tu pastor existis, eo vivente ordinetur nisi ipse.

Ciertamente, en la vestidura de su hábito exterior podéis conocer la voluntad de su ánimo interior.» Llevadas hasta el fin estas y otras razones conforme a la voluntad de su señor, cayó en tierra a los pies de los emperadores y de los prelados, suplicándoles que no desdeñaran cumplir la petición de su señor según la voluntad de Dios.

Ellos pidieron todos a una un plazo para responder hasta el día siguiente, y después deliberaron entre sí cómo había de resolverse la causa de Adalberón. Algunos de los obispos fueron valedores de Adalberón, para que no quedara excluido del todo de la esperanza de la ordenación episcopal después de la vida de su tío. Mientras trataban de esto entre sí, coincidiendo al fin en un mismo parecer, todos a una establecieron que, si Adalberón no se justificaba con juramento de que no sabía que fuera herejía haber tomado la potestad episcopal con el báculo, en modo alguno podría en adelante llegar legítimamente a ser obispo.

Al día siguiente también Adalberón asistió con el obispo a la asamblea sinodal, y cuando se le imputó el dicho delito, se propuso defenderse de él, junto con sus valedores, con muchas objeciones y alegatos de toda clase. Como la asamblea de todos los obispos no se lo admitió, prestó el juramento conforme a la decisión de los obispos antes dicha, por el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo, sobre los cuatro Evangelios. Entonces el obispo Ulrico pidió de nuevo, por medio de su dicho clérigo, la respuesta a su petición, que la víspera había sido aplazada; porque deseaba que su dicho sobrino fuera ordenado obispo y que él mereciera servir en un monasterio, con el consentimiento de ellos, según la regla de san Benito.

Los obispos, aunque no les agradaba en absoluto, no quisieron contradecir abiertamente su petición en el sínodo; pero los más sabios de ellos, con el consejo de los demás, le pidieron que saliera a caminar con ellos fuera del sínodo, y allí tuvieron una conversación secreta con él y con sus clérigos más sabios, diciendo: «Reverendo Padre, que conoces la norma de todos los libros de la Iglesia y que siempre has caminado por la senda de la rectitud sin desviarte, no conviene que ahora, abandonando el camino que siempre has seguido, tome de ti su semilla un error tal como que otro sea ordenado en tu lugar viviendo tú; porque si por tu ejemplo empieza a practicarse semejante costumbre, en adelante crecerán muchas adversidades para muchos reverendos y buenos obispos por parte de sus sobrinos y clérigos que deseen tales cosas. Mejor es para ti permanecer sirviendo a Dios en el ministerio en que comenzaste que, siguiendo tu voluntad, causar escándalo a muchísimos otros; porque es por ti como deben ser sujetados al estado de rectitud los canónigos, los monjes, las monjas y los demás cristianos, que por sí mismos se apresuran a caer en todas las tierras. Y los que cayeron por caminar sin cautela, cabe esperar que puedan ser levantados por ti, con la ayuda de Dios. En cuanto a tu sobrino Adalberón, para satisfacer tu voluntad, establecemos en común que, después de tu partida, ningún otro sea ordenado por nosotros, mientras él viva, para el lugar en que tú eres pastor, sino él mismo.»

His consiliis consentiens sanctus episcopus Udalricus, cum eis in synodum regrediebatur, et tunc cum consensu aliorum antistitum, fecit ab imperatore Adalberoni commendari in eorum praesentia, procurationem sui habere, et sub ipso totius episcopatus cautam dispositionem in omnibus adimplere. Taliter vero istis terminatis, finita synodo, episcopus et Adalbero cum suis Augustam revertebantur.

XXIV

Praedicta vero synodus in autumnali tempore peracta est; et in antea Paschali tempore adveniente, sancta hebdomada finita, episcopus et Adalbero, amabiliter vocante Rinuvino comite, Dietpaldi fratris episcopi filio, ad castellum Dilinga nominatum venerunt, ut ibi aliquot dies charitative cum eo et cum femina ejus Hiltegart nominata manerent. Paucis itaque diebus transactis, Adalbero ibi cum phlebotemo sibi phlebotemando sanguinem minui fecit, et postea cum episcopo ad coenam consedit, et de coena surgens in lectum se ad requiescendum deposuit. Cumque unusquisque ad suas divertisset mansiones, eadem nocte subitanea morte Adalbero defunctus est, an. 973.

Herewingus ejus presbyter, cum ad nuntiandum hoc episcopo cubiculum ejus intraret, episcopus sermonem ejus praeveniens, dixit illi: « Ecce Adalbero defunctus est » : Cui ille respondit: « Ideo ego huc intravi ut tibi hoc nuntiarem, nullus alius me praeibat ad te, et quomodo hoc scire potuisti? » Cui ille respondit: « Vade, et suscita Riuvinum et omnes qui nobiscum sunt, ut cito praeparent vehiculum ut corpus ejus Augustam civitatem ducamus. » Episcopus autem, missis ad Augustam legatis, praecepit ut in ecclesiae Sanctae Afrae sepulcrum ejus juxta ipsius sepulcrum praepararetur, quod et sic factum est.

Ille autem cum his qui cum ipso erant, imposuit corpus carpento, et antepositis equis Augustam vexit cum frequentia populi. Matricularii autem cum crucibus et aqua benedicta et cereis et incenso, et cum magna multitudine familiae caeterique populi appropinquanti occurrerunt, et, honorifice suscipientes, cum congruis orationibus et modulationibus perduxerunt ad locum sepulcri, et ibi, expletis vigiliis et salutaribus pro ejus anima Deo oblatis hostiis, episcopo animam omnipotenti Deo commendante, corpus devotissime sepelierunt. Commendatione autem corporis peracta, et episcopo cum tristitia redeunte, universi fletu et lamentatione et magna moestitia in suas reversi sunt mansiones, pro eo quod ex nobili genere ortum, et formosum, et grammaticae artis bene doctum, et in Dei servitio studiosum, et in bonis operibus strenuum, et in eloquentia dulcisona cautum, in donando largum, in adversis aliorum tristem, multarum virtutum opulentia cumulatum, in adjutorio miserorum festinum, multimoda benevolentia ornatum virum, tam cito depositum omiserunt.

Conforme con estos consejos, el santo obispo Ulrico volvió con ellos al sínodo, y entonces, con el consentimiento de los demás prelados, hizo que el emperador encomendara a Adalberón, en presencia de ellos, la administración de sus asuntos y el encargo de llevar a cabo bajo él, en todo, el cuidadoso gobierno de todo el obispado. Resueltas así estas cosas y terminado el sínodo, el obispo y Adalberón regresaron con los suyos a Augsburgo.

XXIV

El dicho sínodo se celebró en otoño; y al llegar después el tiempo pascual, terminada la Semana Santa, el obispo y Adalberón, por amable invitación del conde Riwino, hijo de Dietpaldo, hermano del obispo, fueron al castillo llamado Dillingen para quedarse allí algunos días en caridad con él y con su esposa, llamada Hildegarda. Pasados unos pocos días, Adalberón se hizo sangrar allí con la lanceta, y después se sentó a cenar con el obispo, y al levantarse de la cena se acostó en su lecho para descansar. Y cuando cada uno se hubo retirado a su alojamiento, esa misma noche Adalberón murió de muerte repentina, en el año 973.

Cuando su presbítero Herewigo entró en la cámara del obispo para anunciárselo, el obispo, adelantándose a sus palabras, le dijo: «Mira, Adalberón ha muerto.» Él le respondió: «Para eso entré aquí, para anunciártelo; nadie ha venido a ti antes que yo; ¿cómo has podido saberlo?» El obispo le respondió: «Ve y despierta a Riwino y a todos los que están con nosotros, para que preparen en seguida un carro en que llevemos su cuerpo a la ciudad de Augsburgo.» El obispo envió legados a Augsburgo y mandó que se preparara en la iglesia de Santa Afra el sepulcro de Adalberón junto a su propio sepulcro; y así se hizo.

Él, con los que lo acompañaban, puso el cuerpo en un carro y, enganchados delante los caballos, lo llevó a Augsburgo con gran concurso de pueblo. El clero de la catedral, con cruces, agua bendita, cirios e incienso, y con una gran multitud de la servidumbre y del resto del pueblo, salió al encuentro del que llegaba, y, recibiéndolo con honra, lo condujeron con oraciones y cantos convenientes hasta el lugar del sepulcro; y allí, celebradas las vigilias y ofrecido a Dios por su alma el sacrificio de salvación, y encomendada por el obispo el alma a Dios omnipotente, sepultaron el cuerpo con suma devoción. Terminada la encomendación del cuerpo y vuelto el obispo con tristeza, todos regresaron a sus casas con llanto, lamentos y gran aflicción, porque habían perdido tan pronto, depositado en la tumba, a un varón nacido de noble linaje, hermoso, bien instruido en el arte de la gramática, celoso en el servicio de Dios, diligente en las buenas obras, prudente en su dulce elocuencia, generoso en el dar, entristecido por las desgracias ajenas, colmado de la riqueza de muchas virtudes, presto en socorrer a los desdichados, adornado de toda clase de benevolencia.

XXV

Religiosus autem antistes, misso legato nuntiavit imperatori obitum praedicti nepotis sui, et abbatiam Utenbura nominatam, quae ipsi a sua imperiali potentia concessa erat, postulavit sibi donari, non causa avaritiae, sed ea intentione ut coenobitis ibidem Deo servientibus deliberationem quam ille eis antea conscriptam et sigillatam ab eodem imperatore donari impetravit, restituere potuisset. Imperator autem per eumdem nuntium abbatiam concessit, et consolationem magnam et multimodam salutem remandavit. Nuntius autem cum reverteretur, invenit episcopum in loco qui dicitur Staphense, et haec praedicta narravit. Paucis vero diebus postea revolutis, adhuc ipsi in eodem loco manenti per nuntium quemdam, orationis suffragia pro anima imperatoris poscentem, obitus ejus illi annuntiabatur.

Inde vero cum ad Augustam rediret, venerunt nepotes sui, Riuvinus comes filius fratris sui Dietpaldi, et Hupaldus comes filius fratris sui Manegoldi, et rogaverunt illum ut pergeret ad oppidum quod nominatur Witeselinga, et illis monstraret ecclesiam ibi sitam, ubi corpora suorum parentum terrae commendata fuerant (de qua ipse saepe eos antea praemonuit ut eam meliorarent, et eadem corpora in illum concluderent, ne ultra a pluviis domatum infunderentur), ordinare, et quantae magnitudinis eam facere debuissent. Sanctus vero episcopus, quamvis certissime sciret in proximo manere sequestrationem corporis et animae suae, tamen pro divino amore et pro eorum amabilitate, illuc perrexit, et provida ordinatione eamdem ecclesiam super praefata corpora amplificari perdocuit, ibique cum nepotibus suis aliquot diebus moratus est, et inde ad castellum Sunnemotinga nominatum, propter petitionem Manegoldi fratris praedicti Adalberonis, pervenit.

Cumque in itinere antequam illuc pervenirent, in campo propter herbam, juxta villam quae dicitur Gerilehona, castrametati fuissent, eum sol occasui radios suae lucis inserere coepisset, venit quidam homo qui dixit Chunradum episcopum certissime defunctum fuisse; et nominavit diem obitus sui, et diem collocationis corporis ejus in sepulcrum. Hac fama audita, clerici et alii comites ejus stupefacti effecti sunt, et statim aestimaverunt nuntium Augustam mittere, ut pro ejus anima solitae orationes explerentur. Quibus sanctus episcopus blando sermone infit, certissime rei veritatem sciens: « Desistite adhuc nuntium mittere, mane diluculo comperietis qualiter circa episcopum maneat. » Crastina vero die diluculo quidam de Constantia venit, et de obitu episcopi veraciter contradixit, et ejus possibilitatem, secundum suam consuetudinem, esse nuntiavit.

XXV

El piadoso prelado, enviando un legado, comunicó al emperador la muerte de su dicho sobrino y pidió que se le diera la abadía llamada Ottobeuren, que su poder imperial había concedido a Adalberón, no por avaricia, sino con la intención de poder restituir a los monjes que allí servían a Dios la libertad que él había obtenido antes para ellos del mismo emperador, puesta por escrito y sellada. El emperador concedió la abadía por medio del mismo mensajero y le envió en respuesta gran consuelo y múltiples saludos. Al volver, el mensajero halló al obispo en el lugar llamado Staffelsee y le refirió todo esto. Pocos días después, mientras aún permanecía en el mismo lugar, un mensajero que pedía sufragios de oración por el alma del emperador le anunció su muerte.

Cuando regresaba de allí a Augsburgo, vinieron sus sobrinos, el conde Riwino, hijo de su hermano Dietpaldo, y el conde Hupaldo, hijo de su hermano Manegoldo, y le rogaron que fuera a la villa llamada Wittislingen y les mostrara cómo disponer la iglesia que hay allí, donde habían sido sepultados los cuerpos de sus parientes (él mismo les había advertido antes a menudo que la mejoraran y encerraran dentro de ella esos cuerpos, para que no los empapara más la lluvia de los tejados), y de qué tamaño debían hacerla. El santo obispo, aunque sabía con toda certeza que estaba próxima la separación de su cuerpo y de su alma, fue sin embargo allí por amor de Dios y por el afecto que les tenía, y con previsora disposición les enseñó cómo ampliar aquella iglesia sobre dichos cuerpos; y se quedó allí algunos días con sus sobrinos, y de allí llegó al castillo llamado Sulmetingen, a petición de Manegoldo, hermano del dicho Adalberón.

Durante el viaje, antes de llegar allí, habían acampado en un campo, por el pasto, junto a la aldea llamada Gerlenhofen, y cuando el sol comenzaba a hundir en el ocaso los rayos de su luz, llegó un hombre que dijo que el obispo Conrado había muerto con toda certeza; y nombró el día de su muerte y el día en que su cuerpo fue puesto en el sepulcro. Al oír esta noticia, los clérigos y sus demás compañeros quedaron atónitos, y pensaron enviar en seguida un mensajero a Augsburgo para que se cumplieran por su alma las oraciones acostumbradas. El santo obispo, que sabía con toda certeza la verdad del asunto, les dijo con palabras afables: «No enviéis todavía al mensajero; mañana al alba sabréis cómo está el obispo.» Y al día siguiente, al alba, llegó uno de Constanza que desmintió con verdad la muerte del obispo y anunció que se encontraba bien, como de costumbre.

Sanctus autem episcopus Udalricus coeptum iter peregit, et ibi, quasi ad convivium vocatus, post expletionem salutaris hostiae quam quotidie per se, quamvis viribus corporis valde esset destitutus, Deo persolvere satagebat, cum convivantibus quotidie ad mensam sedebat, et nullum corpori cibum exhibuit, nisi micas panis aquae infusas in os misit, quas etiam saepissime aquis exspoliatas de ore rejecit, haustibus vero aquae interdum corpus, cum adhuc ad mensam sederet, reficiebat.

Consummatisque ibi rebus pro quibus illuc vocatus est, abire coepit; altera die ad locum qui dicitur Utiuntiga pervenit, et ibi ad se convocatis monachis de monasterio Uttenbura nominato, autumare cum eis et cum suis fidelibus provide coepit quomodo deliberationem, quam eis antea sicut praedixi ab imperatore impetraverat, restituere potuisset, et dixit eis: « Eligite ex vobis unum ad abbatem, qui in Dei servitio utilis, et vestris necessitatibus possit cautus inveniri. Si illum eligitis qui mihi ad hoc placet, commendabo illi abbatiam usque in praesentiam domini mei imperatoris; sin autem alium nisi mihi placentem eligitis, non illi commendabo. » Qui respondentes dixerunt: « Nominet nobis sanctitas tua hunc qui tuae dominationi placitus sit ad electionem nostrae unitatis. » Tunc dixit eis: « Rudungum fratrem vestrum ad hoc nominabo ministerium. » Quibus auditis, fratres inducias postulaverunt, donec omnes simul loquerentur si haec electio cum omnium fratrum consensu fieri potuisset. Cumque in loco destinato collecti fratres colloquia inter se habere coepissent de praefata electione, quibusdam fratribus placuit, quibusdam displicuit, sed tamen cum consilio amicorum roborati, episcopi voluntati parentes, in unum coadunati Rudungum ad abbatem elegerunt, et, cum eo ad episcopum regredientes, unitatis eorum electionem ei nuntiaverunt. His auditis, episcopus assumpto baculo commendavit abbatiam praefato Rudungo usque in praesentiam imperatoris, qui tunc in imperio patri suo aequivoco successerat, et illum commendavit suis nepotibus et aliis suis fidelibus, ut eum celsitudini imperatoris praesentarent, et, illis cum fide ei juvantibus, ab eo haec confirmarentur. His ita expletis, propriam sui episcopatus revisitavit sedem.

XXVI

Moenia autem Augustae civitatis introgressus, magna tristitia septus est pro morte Adalberonis sui nepotis, et pro obitu imperatoris, cui semper fidem in omnibus servavit, cujus etiam amor pectori ejus firmiter conglutinatus est. Pro requie vero animarum amborum multas eleemosynas largitus est pauperibus, et multas orationes et preces ad Dominum quotidie effudit, ut eis misereri dignaretur. Missarum vero officia quotidie celebrare non desistebat. quoadusque vires corporis subtrahebantur ut nullo modo ultra per se stare potuisset.

El santo obispo Ulrico terminó el viaje emprendido, y allí, como invitado a un banquete, después de ofrecer el sacrificio de salvación, que procuraba ofrecer a Dios cada día por sí mismo aunque estaba muy falto de fuerzas corporales, se sentaba cada día a la mesa con los comensales, pero no daba a su cuerpo ningún alimento, salvo que se llevaba a la boca migas de pan empapadas en agua, y aun estas, muchísimas veces, una vez sorbida el agua, las echaba fuera de la boca; pero a veces, sentado todavía a la mesa, reponía el cuerpo con sorbos de agua.

Concluidos allí los asuntos para los que había sido llamado, emprendió la partida; al día siguiente llegó al lugar llamado Utiuntiga, y allí, convocando a los monjes del monasterio llamado Ottobeuren, comenzó a considerar con previsión, con ellos y con sus fieles, cómo podría restituirles la libertad que, como dije antes, había obtenido para ellos del emperador; y les dijo: «Elegid de entre vosotros uno como abad, que se muestre útil en el servicio de Dios y cuidadoso de vuestras necesidades. Si elegís al que a mí me parece bien para esto, le encomendaré la abadía hasta que se presente ante mi señor el emperador; pero si elegís a otro que no sea de mi agrado, no se la encomendaré.» Ellos respondieron: «Nómbrenos vuestra santidad al que agrade a vuestra señoría, para la elección de nuestra comunidad.» Entonces les dijo: «Para este ministerio nombraré a vuestro hermano Rudungo.» Al oír esto, los hermanos pidieron un plazo hasta que pudieran hablar todos juntos, para ver si esta elección podía hacerse con el consentimiento de todos los hermanos. Cuando los hermanos, reunidos en el lugar señalado, comenzaron a deliberar entre sí sobre dicha elección, a algunos hermanos les agradó y a otros les desagradó; pero, fortalecidos con el consejo de sus amigos y obedeciendo a la voluntad del obispo, se pusieron de acuerdo y eligieron abad a Rudungo, y, volviendo con él ante el obispo, le comunicaron la elección hecha por su comunidad. Oído esto, el obispo, tomando el báculo, encomendó la abadía al dicho Rudungo hasta que se presentara ante el emperador, que entonces había sucedido en el imperio a su padre del mismo nombre, y lo encomendó a sus sobrinos y a otros fieles suyos para que lo presentaran a la alteza del emperador y, ayudándole ellos con fidelidad, este se lo confirmara. Cumplido todo esto, volvió a la sede de su propio obispado.

XXVI

Cuando entró en las murallas de la ciudad de Augsburgo, lo invadió una gran tristeza por la muerte de su sobrino Adalberón y por el fallecimiento del emperador, a quien siempre había guardado fidelidad en todo y cuyo amor estaba firmemente unido a su pecho. Por el descanso de las almas de ambos repartió muchas limosnas a los pobres, y derramaba cada día ante el Señor muchas oraciones y súplicas para que se dignara tener misericordia de ellos. No dejaba de celebrar cada día el oficio de la misa, hasta que las fuerzas del cuerpo se le fueron retirando de tal modo que ya no podía en manera alguna sostenerse en pie por sí mismo.

Ad mensam vero sedebat, et sedentibus cum eo convivium faciebat, et ille quasi jejunus absistebat, et postea, in ecclesia vel in cubiculo suo, dulci cantatione psalmorum, vel auditione sacrarum lectionum recreatus est.

Vires vero corporis cum ei ita defecissent ut per se missam cantare non potuisset, quotidie in ecclesiam introductus devotissime eam audire, et interim orationibus intentis insistere non desistebat. Pro certo post missam expletam cum cubiculum intraret, repausationi lectuli se non commendavit ante horam Vespertinam, sed super sedile suum calceatus sedit, et interdum se super pulvillum in dexteram partem reclinavit, interdum ad sinistram, et interdum sedens ad dorsum super posteriora sedilis in quo sedebat reclinavit. Et post expletionem cursus et totius psalterii, legente Gerhardo praeposito sacrorum lectiones librorum audivit, et interdum cum eo inde dulci eloquio fruebatur.

Cuidam vero eloquio inter ipsos finito, praefatus clericus interrogavit eum, dicens: « Habes spem pro ista infirmitate, Domine, obitum tuum tibi imminere? » Cui ille quasi eum increpando respondit: « Quare sic dixisti? non spero, sed certissime cognosco diem obitus mei non post multos dies mihi evenire. » De qua re presbyter contristatus indulgentiam postulavit, et dixit illi: « Domine, quem episcoporum praecipis vocare ad commendationem corporis tui? » Cui ille respondit: « Eo tempore quando anima mea derelictura est hoc corpus, non potestis ullum eorum huc advocare: quia comprovincialis meus Chunradus episcopus tanta infirmitate detentus est ut huc venire non possit, episcopi vero Bauvariorum ad regale colloquium ad Franciam sunt congregati. » At ille inquit: « Domine, quid tunc facere debemus? » Cui sanctus episcopus dixit: « Nostis corpus hominis terrae commendare? » At ille ait: « Si talis persona esset super quam commendatio nostra fieri debuisset, timorem inde non haberemus. » Cui episcopus dixit: « Facite de hac re, cum tempus advenerit, sicut optime potestis, Dominus commendatorem corporis mei providebit. » Et his dictis praefatus presbyter iterum lectionis usum assumpsit, et in ea, sicut solitus erat, usque dum sonante signo Vespertinalis laudis hora annuntiabatur. Lectiones vero fuerunt Vitae Patrum sanctorum, et liber sancti Gregorii quem Dialogorum vocant; cujus ultimus liber disputat multum de his qui de corpore rapti in spiritu multa viderunt, et iterum ad corpus redierunt. Taliter vero conversando formosissime exspectabat diem obitus sui, et interdum in spiritu plurima videbat, de quibus pauca his qui cum eo erant narravit.

Interea vero Werinhario abbati de monasterio Vulta nominato, causa visitationis ad eum venienti, inter alia dixit: « Tu post me hic deberes episcopus fieri, omnes te elegerunt nisi duo, hi vero duo si aliis concordarent, electio tua sine dubio perfecta fuisset. Et his dictis manus Attelini tunc vicedomini, et manus Hiltini camerarii comprehendens, suae fidelitati commendavit, et cum charitate eum abire permisit.

Se sentaba a la mesa y daba de comer a los que se sentaban con él, mientras él se abstenía como quien ayuna; y después, en la iglesia o en su cámara, se recreaba con el dulce canto de los salmos o escuchando las lecturas sagradas.

Cuando las fuerzas del cuerpo le faltaron hasta el punto de no poder cantar la misa por sí mismo, se hacía llevar cada día a la iglesia y no dejaba de oírla con suma devoción, perseverando entretanto en fervorosas oraciones. Ciertamente, cuando después de terminada la misa entraba en su cámara, no se entregaba al reposo del lecho antes de la hora de Vísperas, sino que se sentaba calzado en su silla, y a veces se reclinaba sobre un cojín hacia el lado derecho, a veces hacia el izquierdo, y a veces, sentado, apoyaba la espalda en el respaldo de la silla en que estaba sentado. Y después de completar el oficio y el salterio entero, escuchaba las lecturas de los libros sagrados que le leía el preboste Gerardo, y a veces gozaba con él de una dulce conversación sobre ellas.

Terminada una conversación entre ellos, el dicho clérigo le preguntó: «Señor, ¿tienes esperanza de que por esta enfermedad tu muerte esté próxima?» Él le respondió como reprendiéndolo: «¿Por qué has hablado así? No lo espero: sé con toda certeza que el día de mi muerte me llegará dentro de no muchos días.» Entristecido por ello, el presbítero le pidió perdón y le dijo: «Señor, ¿a cuál de los obispos mandas llamar para la encomendación de tu cuerpo?» Él le respondió: «En el tiempo en que mi alma ha de dejar este cuerpo no podréis llamar aquí a ninguno de ellos: porque mi compañero de provincia, el obispo Conrado, está retenido por una enfermedad tan grave que no puede venir aquí, y los obispos de los bávaros se han reunido en Francia para la asamblea real.» Y él dijo: «Señor, ¿qué debemos hacer entonces?» El santo obispo le dijo: «¿Sabéis encomendar a la tierra el cuerpo de un hombre?» Él dijo: «Si se tratara de una persona sobre la que debiera hacerse nuestra encomendación, no tendríamos temor de ello.» El obispo le dijo: «Cuando llegue el tiempo, haced en esto lo mejor que podáis; el Señor proveerá quien encomiende mi cuerpo.» Dicho esto, el mencionado presbítero volvió a la lectura y siguió en ella, como solía, hasta que, al sonar la señal, se anunció la hora de las alabanzas vespertinas. Las lecturas eran las Vidas de los santos Padres y el libro de san Gregorio que llaman de los Diálogos, cuyo último libro trata largamente de los que, arrebatados fuera del cuerpo, vieron muchas cosas en espíritu y volvieron de nuevo al cuerpo. Viviendo de este modo, esperaba hermosísimamente el día de su muerte, y a veces veía en espíritu muchísimas cosas, de las que contó unas pocas a los que estaban con él.

Entretanto, a Werinhario, abad del monasterio llamado Fulda, que había venido a visitarlo, le dijo entre otras cosas: «Tú deberías ser obispo aquí después de mí; todos te eligieron menos dos, y si esos dos hubieran concordado con los demás, tu elección habría quedado sin duda consumada.» Y dicho esto, tomando las manos de Attelino, entonces mayordomo, y de Hiltino, el camarero, los encomendó a su fidelidad, y lo dejó partir con caridad.

XXVII

Altera vero vice, quadam die quasi de gravi somno expergefactus, ei assidentibus et haec audientibus, ait: « Heu! heu! quod illum nepotem meum Adalberonem unquam vidi, quia pro eo quod ei secundum desiderium suum consentiebam, nolunt me impunitum in suum recipere consortium! » Et his dictis statim tacuit. Virtus vero corporis de die in diem decrescens, in tantum deficiebat ut ecclesiam intrare nisi a duobus sustentatus non potuisset.

Cum vero in die natali sanctorum Marci et Marcelliani, quod est XIV Kal. Julii, ecclesiam introduceretur ut missam audiret, peracta missa, ad sanctam crucem tapetium sibi deponi praecepit, et se super illo prosternebat. Ibi vero cum quasi dimidiam horam jacuisset, surrexit, et camerarium Liutpaldum presbyterum ad se venire fecit, et cunctas suas res quas ille in ministerio habebat in praesentiam sui portare praecepit, et ponere ante altare, nisi unam paraturam domus et mensarum, et unum coopertorium mardrinum ad servitium sui successoris dimisit. Cum vero ante eum posita fuissent, et ille ea conspexisset, dixit: « Quid mihi haec omnia nunc debuerunt? » Quamvis vero illi plurima viderentur, numerus eorum major non fuit nisi pauca camisalia, et septem vel octo mensalia, et duo sarcilia, et X solidi argenti, quos in manum Gerhardi praepositi commendavit statim ad erogandum pauperibus. Caetera vero omnia disposuit dividi inter clericos ejusdem loci.

De vestimentis suis misit Antonio venerando viro, quem ille antea ad Utenburam in Dei nomine inclusit. Cuidam etiam Ruozoni, mobilitate membrorum carenti, nisi de brachiis sursum, cui domicilium in coemeterio Campidonensis monasterii more lectuli a terra sublevatum aedificatum erat, ut ea quae ab eo digesta fuerant terra tenus cadendo a domicilio separarentur, vestimenta transmisit; quia antea, cum episcopus in eodem monasterio moraretur, praedictum pauperem per se ipsum saepe visitavit, et ejus locutionis dulcedinem libenter audivit, quia idem ipse praedictus pauper clauso ostiolo semper in Dei laudibus et orationibus die ac nocte morabatur. O quae lingua virum tantae benignitatis enarrare potest, qui, in ultimis positus, tanto spatio interposito, Christum vestire non omisit! pro eo certe quia ei semper aderat qui ab eo sua membra vestiri volebat.

His vero praedictis dispensatis, praecepit vicedomino caeterisque quibus voluit suis fidelibus ac ministris, ut in cunctis locis ad suum servitium pertinentibus, cuncta quae in eis inventa fuissent, in tres partes dividerentur, et tertia pars presbyteris pauperibusque provida dispensatione statim eo vivente donarentur; quod et factum est. Pro certo quamvis corpus gravi infirmitate detentum fuisset, sensus et animus et voluntas occupari non potuerunt, nisi piis insisterent intentionibus.

XXVII

En otra ocasión, un día, despertando como de un sueño pesado, dijo, oyéndolo los que estaban sentados junto a él: «¡Ay, ay, que alguna vez haya visto yo a ese sobrino mío, Adalberón! Porque, por haber consentido con él conforme a su deseo, no quieren recibirme sin castigo en su compañía.» Y dicho esto, calló al instante. Las fuerzas de su cuerpo, menguando de día en día, decaían tanto que no podía entrar en la iglesia sino sostenido por dos.

Y cuando, en la fiesta de los santos Marcos y Marceliano, que es el día decimocuarto antes de las calendas de julio, fue conducido a la iglesia para oír misa, terminada la misa mandó que le tendieran un tapiz ante la santa cruz, y se postró sobre él. Y cuando había estado allí tendido como media hora, se levantó, hizo venir a su camarero, el presbítero Liutpaldo, y le mandó traer a su presencia todas las cosas suyas que tenía a su cargo y ponerlas ante el altar, salvo que dejó un ajuar para la casa y las mesas y una cubierta de piel de marta para servicio de su sucesor. Cuando se las pusieron delante y él las hubo mirado, dijo: «¿De qué me sirven ahora todas estas cosas?» Aunque a él le parecían muchísimas, no pasaban de unas pocas camisas de lino, siete u ocho manteles, dos mantas de lana y diez sueldos de plata, que puso en seguida en manos del preboste Gerardo para que se repartieran a los pobres. Todo lo demás dispuso que se repartiera entre los clérigos de aquel lugar.

De sus vestidos envió algunos a Antonio, varón venerable, a quien él había encerrado antes como recluso en Ottobeuren en nombre de Dios. También envió vestidos a un tal Ruozo, que no tenía movimiento en sus miembros sino de los brazos hacia arriba, y al que se le había construido una morada en el cementerio del monasterio de Kempten, levantada del suelo a modo de lecho, para que lo que había digerido cayera a tierra y quedara apartado de la morada; porque antes, cuando el obispo residía en ese monasterio, había visitado muchas veces en persona a dicho pobre y había escuchado de buena gana la dulzura de su conversación, ya que ese mismo pobre permanecía siempre, con la puertecilla cerrada, en las alabanzas de Dios y en oraciones día y noche. ¡Oh, qué lengua podrá describir a un varón de tanta benignidad, que, puesto en sus últimos momentos y con tanta distancia de por medio, no dejó de vestir a Cristo! Sin duda porque siempre estaba a su lado aquel que quería que él vistiera a sus miembros.

Repartidas estas cosas, mandó al mayordomo y a otros de sus fieles y servidores que quiso que, en todos los lugares pertenecientes a su servicio, todo lo que se encontrara en ellos se dividiera en tres partes, y que la tercera parte se diera en seguida, viviendo él todavía, a los presbíteros y a los pobres con previsora distribución; y así se hizo. Ciertamente, aunque el cuerpo estaba retenido por una grave enfermedad, sus sentidos, su ánimo y su voluntad no podían ocuparse sino en perseverar en piadosos propósitos.

XXVIII

Die itaque sancto nativitatis sancti Joannis Baptistae hora diei prima, quasi repente de somno beatus Udalricus suscitatus, dixit camerariis suis: « Induite me vestimenta mea et calceamenta. » Qui haesitantes propter magnam ejus infirmitatem, si haec in exstasi mentis vel incapacitate sensus eis praeciperet, implendo tamen praeceptum ejus, induerunt eum vestimenta ejus et calceos. Statim autem paratura se missatica indui praecepit; cumque paratus fuisset, perambulavit matricem ecclesiam, et ad ecclesiam Sancti Joannis Baptistae, quam ipse antea aedificaverat et in honore ejus consecraverat, pervenit, ibique missam, quam anniversariis solemnitatibus mane diluculo consueverat cantare, potenter et caute explevit; illaque finita, statim publicam missam iniit, et devotissime Deo juvante peregit. Ambas missas cum, stando sine adjutorio aliorum, cum benedictionibus decenter ad finem perduceret, consedebat, et astantibus sibi clericis dicebat: « Haec mysteria quae nunc Deo donante peregi, ex possibilitate corporis mei non assumpsi, sed ex praecepto: hodie enim, cum in lecto quasi sopitus somno jacerem, steterunt coram lectulo meo duo viri juvenes formosissimi aspectu, e quibus mihi unus dicebat: « Quare non surges, debes enim hodie ad Sanctum Joannem Baptistam missam celebrare. » Cui alter respondit: « Quomodo potest hoc fieri, quia pro impossibilitate corporis Primam adhuc non explevit? » At ille qui antea locutus est ad me dicit: « Surge et secundum meum sermonem Dei mysterium in praefata ecclesia implere festina, quia hodie praeter te nullus alius ibi missam cantabit. » His vero dictis ad cubiculum regressus est.

Cumque diem obitus sui devota mente et laeto animo et secundum verba psalmographi David dicentis: Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus, exspectaret; quamvis verbis non dixisset, factis tamen manifestavit quod de hoc saeculo se migraturum esse in vigilia apostolorum Petri et Pauli putavit.

Eadem die, antequam vespertinalis laus inciperet, et cum a custodibus omnes simul campanae ad sonandum moverentur, balneatus et paratura quam ad obitum suum conservatam habuit indutus, se quasi defuncturum deposuit. Finita autem Vespertinali laude, aliis juvantibus se a terra levavit, et quasi secreto dixit: « O sancte Petre, nunc non fecisti sicut ego aestimavi! » Et quasi animo aliquantum de hac re mente consternatus manebat.

XXVIII

Así pues, el santo día de la Natividad de san Juan Bautista, a la hora prima del día, el bienaventurado Ulrico, como despertado de repente del sueño, dijo a sus camareros: «Ponedme mis vestidos y mi calzado.» Ellos vacilaban por su gran debilidad, dudando si les mandaba aquello en un éxtasis de la mente o por falta de juicio; pero, cumpliendo su mandato, le pusieron sus vestidos y su calzado. Al instante mandó que le pusieran los ornamentos de la misa; y una vez revestido, recorrió la iglesia madre y llegó a la iglesia de San Juan Bautista, que él mismo había edificado antes y consagrado en su honor, y allí celebró con vigor y esmero la misa que solía cantar al alba en esa fiesta cada año; y terminada esta, comenzó al punto la misa pública y la llevó a cabo con suma devoción, con la ayuda de Dios. Cuando, de pie y sin ayuda de otros, hubo llevado decorosamente a su término ambas misas con las bendiciones, se sentó y dijo a los clérigos que lo asistían: «Estos misterios que por don de Dios acabo de celebrar no los emprendí por las fuerzas de mi cuerpo, sino por un mandato: porque hoy, estando yo acostado en el lecho como adormecido, se pusieron ante mi lecho dos jóvenes de hermosísimo aspecto, y uno de ellos me decía: "¿Por qué no te levantas? Porque hoy debes celebrar la misa en San Juan Bautista." El otro le respondió: "¿Cómo puede hacerse esto, si por la debilidad de su cuerpo todavía no ha rezado Prima?" Pero el que me había hablado antes dijo: "Levántate y, según mi palabra, apresúrate a cumplir el misterio de Dios en dicha iglesia, porque hoy nadie más que tú cantará allí la misa."» Dicho esto, volvió a su cámara.

Y mientras esperaba el día de su muerte con mente devota y ánimo alegre, según las palabras del salmista David, que dice: Como el ciervo desea las fuentes de las aguas, así te desea mi alma a ti, oh Dios (Sal 42,2), aunque no lo dijo con palabras, mostró con hechos que pensaba partir de este mundo en la vigilia de los apóstoles Pedro y Pablo.

Ese mismo día, antes de que comenzaran las alabanzas vespertinas, mientras los guardianes de la iglesia echaban a vuelo todas las campanas a la vez, bañado y revestido con los ornamentos que tenía guardados para su muerte, se acostó como quien va a morir. Terminadas las Vísperas, se levantó del suelo con ayuda de otros y dijo como en secreto: «¡Oh san Pedro, ahora no has hecho como yo pensaba!» Y quedó algo consternado en su ánimo por esto.

Praefatus autem presbyter Gerhardus dixit ad eum: « Domine, noli contristari, sed recordare quia aliis sanctis episcopis similiter contigit; uni enim dictum est: Circa natale apostolorum de hoc saeculo ad requiem es perducturus, is cum speraret se in natale apostolorum obiisse, induciae ei prolongabantur usque in octavum diem, et tunc defunctus est. Cassio Narniensi episcopo, per quemdam presbyterum ab angelo flagellatum dictum est: Non cesset manus tua, non cesset pes tuus, age quod agis, operare quod operaris, natali apostolorum venies ad me. » Episcopus autem, aestimans in solemnitate apostolorum, quae tunc proxima erat, sibi obitum suum imminere, in quibuscunque potuit ad depositionem corporis sui praeparare se studuit. Solemnitate itaque adveniente, sanus permanebat et incolumis, et sic mansit, donec curricula septem annorum praeterirent, et tunc in eodem die, sicut ei dictum est, multis bonis praemissis, et sacro ministerio expleto, feliciter migravit a saeculo. » His auditis, sanctus episcopus vera esse recordatus est, et respondit ei, dicens: « Bene dixisti, frater, » et relevatus mente bono animo manebat, et cum eo manentibus dulcem et commodum se exhibebat: nullum objurgans, nullum increpans, nulli iratus, nulli molestus, nulli adversus, nullum verbum alicujus lamentationis ab eo audiebatur, sed bona omnia quae tunc potuit, praesentibus et absentibus fecit. Nemini indulgentiam negavit, gratia suae benedictionis omnes consignavit.

Praedictus vero Richwinus comes, nepos ejus, adhuc de regali locutione non revertebatur. De quo interdum dicebat: « O Richwine, utinam me vivente venires ut te viderem! » Eo anno solemnitas apostolorum Petri et Pauli Dominica die eveniebat, de qua optimis moribus, sicut praedixi, exspectabat, donec dies quintae feriae pertransisset; in illa nocte, antea quam aurora sextae feriae bene cognosci potuisset, asperso cinere in modum crucis, et aqua benedicta aspersa, se deponi fecit, et sic jacebat usque dum aurora cunctam latitudinem orbis illuminaret. Tunc Richwinus de palatio rediens intravit, et legationem imperatoris eo audiente recitavit. Eo scilicet viso legationeque audita, oculos levans secundum suam possibilitatem gratias agebat Deo omnipotenti qui, secundum dicta David prophetae: Voluntatem timentium se faciet, etc. Richwino autem exeunte, statim eadem hora clericis litaniam devote canentibus animam Deo commendans, anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi 973, aetatis LXXXIII, ordinationis autem L, quarto die Julii, IV Non. ejusdem mensis, die Veneris, felici obitu quasi somno suavi soporatus, ergastulo corporis exemptus, migravit ad requiem.

Pro certo sanctum corpus cum ad lavandum more solito denudatum fuisset, suavi odoris fragrantia nares omnium ibi manentium replevit, et tandiu permansit quoadusque corpus lavatum praedestinatisque vestibus indutum, et feretro impositum, in ecclesiam portaretur.

Pero el dicho presbítero Gerardo le dijo: «Señor, no te entristezcas; recuerda más bien que lo mismo les sucedió a otros santos obispos; porque a uno se le dijo: "Hacia la fiesta de los apóstoles serás llevado de este mundo al descanso"; y cuando él esperaba morir en la fiesta de los apóstoles, se le prolongó el plazo hasta el octavo día, y entonces murió. Al obispo Casio de Narni se le dijo por medio de un presbítero azotado por un ángel: "Que no cese tu mano, que no cese tu pie; haz lo que haces, obra lo que obras; en la fiesta de los apóstoles vendrás a mí." Y el obispo, pensando que su muerte era inminente en la solemnidad de los apóstoles, que entonces estaba próxima, procuró prepararse en todo lo que pudo para dejar su cuerpo. Pero llegada la solemnidad, permaneció sano e incólume, y así siguió hasta que pasó el curso de siete años; y entonces, en ese mismo día, como se le había dicho, habiendo enviado por delante muchas buenas obras y cumplido el sagrado ministerio, partió felizmente de este mundo.» Al oír esto, el santo obispo recordó que era verdad y le respondió diciendo: «Bien has dicho, hermano»; y, aliviado en su mente, permanecía de buen ánimo y se mostraba dulce y afable con los que estaban con él: sin reñir a nadie, sin reprender a nadie, sin airarse con nadie, sin molestar a nadie, sin oponerse a nadie; no se le oía ninguna palabra de queja, sino que hizo todo el bien que entonces pudo a presentes y ausentes. A nadie negó el perdón; a todos los signó con la gracia de su bendición.

El dicho conde Riwino, su sobrino, aún no había vuelto de la asamblea real. De él decía a veces: «¡Oh Riwino, ojalá vinieras mientras vivo, para que pudiera verte!» Aquel año la solemnidad de los apóstoles Pedro y Pablo cayó en domingo, y desde ella, como dije, esperaba con las mejores disposiciones hasta que pasó el jueves; en aquella noche, antes de que pudiera distinguirse bien la aurora del viernes, hizo esparcir ceniza en forma de cruz, rociada con agua bendita, y se hizo acostar sobre ella; y así yacía hasta que la aurora iluminó toda la anchura del orbe. Entonces Riwino, de regreso del palacio, entró y refirió en su presencia el mensaje del emperador. Habiéndolo visto, pues, y oído el mensaje, alzando los ojos según sus fuerzas daba gracias a Dios omnipotente, que, según las palabras del profeta David, cumplirá la voluntad de los que le temen (Sal 145,19), etcétera. Y al salir Riwino, al instante, en esa misma hora, mientras los clérigos cantaban devotamente la letanía, encomendó su alma a Dios; y en el año de la encarnación de nuestro Señor Jesucristo 973, a los ochenta y tres años de su edad y cincuenta de su ordenación, el día cuarto de julio, cuarto antes de las nonas de ese mes, en viernes, adormecido por una feliz muerte como por un dulce sueño y librado de la cárcel del cuerpo, partió al descanso.

Ciertamente, cuando el santo cuerpo fue desnudado para lavarlo según la costumbre, llenó el olfato de todos los que estaban allí con la fragancia de un suave olor, que duró hasta que el cuerpo, lavado, revestido con las vestiduras preparadas de antemano y puesto en el féretro, fue llevado a la iglesia.

Clerus nempe cum audiret quod episcopi Bauvariorum de praedicto colloquio redirent ad suam provinciam, misso legato, voluerunt archiepiscopum Fredericum ad commendationem sacri corporis vocare: cumque ad illum nuntius veniret, invenit eum tanta infirmitate febrium detentum, ut nullo modo advenire potuisset. Misso autem cum tristitia inde revertente, audivit quod venerandus episcopus Wolfgangus ad locum qui dicitur Nordilingga venire voluisset; in occursum ejus festinavit. Ad eum certe cum perveniret, salutatus ab eo audivit quod Augustam civitatem pergere voluisset, visitare sanctum Dei servum Udalricum in infirmitate detentum. Cui ille respondit: « Dominus sanctitati tuae praecepit visitare eum, et ego ad hoc veni ut nuntiarem tibi quia defunctus est, et de omni congregatione ibi Deo militante te flagitare, ut festine venires et sanctum corpus Deo commendares. » Quo audito, sanctus episcopus magna moestitia septus est; in eadem nocte diluculo surrexit, et ad Augustam pergere coepit. In itinere vero cum cognovisset quod ad congruum tempus illuc pervenire non valeret, praemisso eodem legato, nuntiavit adventum ejus.

Interim vero corpus in ecclesia sanctae Mariae a congregatione die noctuque cum orationibus et missarum celebrationibus, caute et devote custodiebatur usque in diem Dominicam. Die vero Dominica post primam missam pro ejus anima celebratam, congregato clero et sanctimonialium congregatione adveniente, et magna de provinciis multitudine populi, presbyteri levaverunt corpus, et ad Sanctam Afram ubi antea sepulcrum ejus praeparatum fuerat, portare coeperunt. Cumque venirent ad collem qui dicitur Pereleich, praefatus nuntius venit, et adventum Wolfgangi episcopi nuntiavit. Illi autem perducentes corpus in ecclesiam sanctae Afrae, et item missam sacrificalem cum omni devotione pro requie ejus animae celebraverunt. Episcopus vero cum adhuc non veniret, et hora diei non tardaret, nisi tempus celebrationis publici Dei ministerii immineret, et hoc cum omni devotione a congregatione clericorum perficeretur, venit praefatus episcopus, qui cum honorifice susceptus fuisset, et orationi finem imposuisset, salutatis a se fratribus dixit: « Quid vobis videtur an hodie sacrum corpus commendamus, vel ad alterum diem procrastinemus? » Cui fratres respondentes, dixerunt: « Si tuae sanctitati placet, nobis bonum videtur si omnibus, qui nunc hic in praesentia sunt, annuntiatur ut mane congrua hora huc ad commendationem sacri corporis conveniant, et a te salutaris hostiae munus nobis sacrificantibus pro requie ejus animae Deo offeratur, quia congrua hora praeterita est, et tu es magna lassitudine septus. » Quibus auditis, episcopus consilio eorum libentissime assensum praebens, alterum diem exspectavit.

Cuando el clero oyó que los obispos de los bávaros volvían de la dicha asamblea a su provincia, enviando un legado quisieron llamar al arzobispo Federico para la encomendación del sagrado cuerpo; pero cuando el mensajero llegó a él, lo encontró retenido por fiebres tan fuertes que de ningún modo podía venir. Mientras el enviado volvía de allí con tristeza, oyó que el venerable obispo Wolfgango quería ir al lugar llamado Nördlingen, y se apresuró a salirle al encuentro. Cuando llegó a él y fue saludado por él, oyó que quería ir a la ciudad de Augsburgo a visitar al santo siervo de Dios Ulrico, que yacía enfermo. Él le respondió: «El Señor ha mandado a tu santidad visitarlo; y yo he venido para esto: para anunciarte que ha muerto y para suplicarte, de parte de toda la comunidad que allí sirve a Dios, que vengas con presteza y encomiendes a Dios el santo cuerpo.» Al oír esto, el santo obispo quedó sumido en gran tristeza; esa misma noche, al alba, se levantó y emprendió el camino hacia Augsburgo. En el camino, al darse cuenta de que no podría llegar allí a tiempo, envió por delante al mismo legado para anunciar su llegada.

Entretanto el cuerpo era velado con cuidado y devoción por la comunidad en la iglesia de Santa María, día y noche, con oraciones y celebraciones de misas, hasta el domingo. El domingo, después de la primera misa celebrada por su alma, reunido el clero y llegada la comunidad de las monjas, con una gran multitud de pueblo de las provincias, los presbíteros levantaron el cuerpo y comenzaron a llevarlo a Santa Afra, donde se le había preparado antes el sepulcro. Cuando llegaban a la colina llamada Perleich, llegó el dicho mensajero y anunció la venida del obispo Wolfgango. Ellos llevaron el cuerpo a la iglesia de Santa Afra y celebraron de nuevo con toda devoción la misa del sacrificio por el descanso de su alma. Como el obispo todavía no llegaba, y la hora del día no esperaba, sino que era inminente el tiempo de celebrar el oficio público de Dios, y la comunidad de los clérigos lo estaba cumpliendo con toda devoción, llegó el dicho obispo; y cuando fue recibido con honra y hubo terminado su oración, saludó a los hermanos y dijo: «¿Qué os parece: encomendamos hoy el sagrado cuerpo o lo aplazamos para otro día?» Los hermanos le respondieron: «Si a tu santidad le parece bien, a nosotros nos parece bueno que se anuncie a todos los que ahora están aquí presentes que mañana, a la hora conveniente, se reúnan aquí para la encomendación del sagrado cuerpo, y que tú ofrezcas a Dios el don del sacrificio de salvación por el descanso de su alma, mientras nosotros lo ofrecemos también; porque la hora conveniente ya ha pasado y tú estás rendido de gran cansancio.» Al oír esto, el obispo, asintiendo de muy buen grado a su consejo, esperó al día siguiente.

Ea vero nocte Hiltegart, uxor praefati Richwini comitis, quamvis nupta, tamen satis religiosa, venit, camisaleque cera perfusum attulit, et sublimissimos clericos petiit ut sacro corpori caute secreto circumdaretur, ne sacerdotalis paratura, qua indutus erat, cito a terra consummaretur, quia ipse adhuc vivens praecepit ne tabulatum lignum corpori ejus supposuissent, sed purae terrae imponerent, et ligneo operculo cooperirent: qui secundum ejus petitionem camisale corpori sacro circumdederunt.

Mane autem facto, magna multitudine populi adveniente, et clericis sanctimonialibusque ibidem Deo militantibus congregatis, sed et de provinciis multis, sacris officiis utentibus adjunctis, antistes, cunctis pro ejus anima sacrificantibus, magna contritione cordis et humiliatione salutarem obtulit hostiam Deo, insuper etiam publica missa expleta, omnes in commune sobrio et cauto sermone admonuit, ut pro illa sancta anima intima intentione cordis devote exorarent, ut ab omni vinculo delictorum absoluta, Deo donante, perenni gaudio in aevum cum sanctis et electis Dei perfrui mereretur. Oratione autem secundum verbum ejus ab omnibus peracta, episcopus corpus sepelivit, et animam omnipotenti Deo devotissime cum lacrymis commendavit. Ministri autem, sicut praedictum est, operculo ligneo corpus cooperuerunt, et super hoc gradibus murati sepulcri densum ligneum tabulatum superposuerunt, in superficie autem terrae cum lapidibus conjunctis firmiter clauserunt. His ita peractis, episcopus ad Augustam causa orationis perrexit. Orationibus multipliciter consummatis, a fratribus per charitatem rogatus, paraturam missaticam, quae fuit sancti Udalrici, quarum opulentia ille vivens abundabat, propter ejus sanctitatem suscepit: et honorifice, sicut optime dignus erat, dimissus, Deo comite ad propria reversus est.

XXVIII

post obitum sancti Udalrici episcopi, Heinricus filius Purchardi comitis successor ejus effectus est, non provide in ovile ovium intrando, sed aliunde ascendendo, quia Purchardo duce Alamannorum, qui filiam materterae ejus habuit uxorem, et aliis plurimis, sed et quibusdam militibus, qui ab eo beneficia sua augeri astuta arte cupiebant, consiliantibus, subtili coepit consilio aestimare qualiter praedictum locum sibi potuisset usurpare; quamvis in ejus scientiam deveniret, quod Werinharius abbas in quadam invisibili carnalibus oculis congregatione, ubi sanctus Udalricus in exstasi mentis adjunctus, audivit: Si duo aliis concordarent, ab omni illa congregatione ad hoc ministerium fuisset destinatus, ut ejus successor efficeretur, sicuti antea praedixi.

Aquella noche Hildegarda, esposa del dicho conde Riwino, casada pero muy piadosa, vino trayendo un lienzo empapado en cera, y pidió a los clérigos más principales que lo envolvieran con cuidado y en secreto alrededor del sagrado cuerpo, para que los ornamentos sacerdotales con que estaba revestido no fueran consumidos pronto por la tierra; porque él mismo, aún en vida, había mandado que no pusieran bajo su cuerpo ningún entablado de madera, sino que lo depositaran sobre la tierra desnuda y lo cubrieran con una tapa de madera; y ellos, según su petición, envolvieron el lienzo alrededor del sagrado cuerpo.

Llegada la mañana, acudió una gran multitud de pueblo, y se reunieron los clérigos y las monjas que allí servían a Dios, y se les unieron también muchos de las provincias que ejercían oficios sagrados; y el prelado, mientras todos ofrecían el sacrificio por su alma, ofreció a Dios el sacrificio de salvación con gran contrición y humildad de corazón; y además, terminada la misa pública, exhortó a todos en común, con palabras sobrias y prudentes, a rogar devotamente por aquella santa alma con la intención más íntima del corazón, para que, desatada de todo vínculo de pecado, mereciera por don de Dios gozar para siempre del gozo perenne con los santos y elegidos de Dios. Cumplida por todos la oración según su palabra, el obispo sepultó el cuerpo y encomendó el alma con suma devoción y con lágrimas a Dios omnipotente. Los ministros, como se ha dicho, cubrieron el cuerpo con una tapa de madera, y encima, sobre los rebordes del sepulcro de obra, colocaron un grueso entablado de madera, y en la superficie de la tierra lo cerraron firmemente con piedras unidas entre sí. Hecho esto, el obispo fue a Augsburgo a orar. Cumplidas muchas oraciones, rogado en caridad por los hermanos, aceptó por su santidad un ornamento de misa que había sido de san Ulrico, quien en vida tuvo gran abundancia de ellos; y despedido con honra, como mejor lo merecía, volvió a su tierra con Dios por compañero.

XXVIII

Tras la muerte del santo obispo Ulrico, Enrique, hijo del conde Burcardo, llegó a ser su sucesor, no entrando con prudencia en el redil de las ovejas, sino subiendo por otra parte (Jn 10,1); porque, aconsejado por Burcardo, duque de los alamanes, que tenía por esposa a la hija de la hermana de su madre, y por otros muchísimos, y también por algunos caballeros que con astuta habilidad deseaban que él les aumentara sus beneficios, comenzó a considerar con sutil consejo cómo podría usurpar para sí dicho lugar; aunque había llegado a su conocimiento que, en cierta asamblea invisible a los ojos carnales, en la que san Ulrico estuvo presente en éxtasis de la mente y lo oyó, el abad Werinhario habría sido destinado a este ministerio por toda aquella asamblea, para llegar a ser su sucesor, si dos hubieran concordado con los demás, como dije antes.

Quidam clerici, advocato et aliis quibusdam militibus de eodem episcopatu secum comitantibus, ad curtem imperatoris baculum episcopalem ferendo iter agere coeperunt. Cumque ad Wormacensem civitatem ad monasterium sancti Cyriaci venirent, invenerunt ibi Purchardum ducem cum uxore sua in infirmitate occupatum. Cumque ei indicarent studium itineris sui, quibusdam machinationibus callida ratione ab eo illusi sunt; quia dixit eis imperatorem his diebus prope in ultimis finibus regni ejus morari, et in ea via quam pergere debuerunt, omnia supra modum cnara, et herbam undique in defensione manere, et ideo semetipsos et eorum caballos nulla commoditate posse sustentari. Non post multos dies imperator noster vult regale colloquium habere ad locum qui dicitur Erinstein, illuc facile potestis ire, ideo revertimini nunc, et quando meus certus nuntius vobis praedictae locutionis diem nuntiaturus advenerit, illuc venire ne dubitetis; ibi enim me invenietis firmum vobis fore adjutorem, et in electione episcopali sine ambiguitate me sciatis vobis concordari. His verbis auditis, vera esse aestimantes, et consiliis ejus consentientes, reversi sunt.

Non post multum vero temporis nuntius ducis venit, et regale colloquium in praedicto loco manere indicavit, eosque illuc venire admonuit. Qui statim aliis fratribus secum sumptis, ad praefatum locum pergere festinaverunt. Cumque appropinquassent ad locum qui ad Balneos nominatur, quidam nuntius eis obvius dixit: « Henricus filius Purchardi quem imperator cum suis fidelibus, et dux Purchardus ad Augustam antistitem esse decreverunt, nunc cito occurret vobis. » Hac ratione audita, contristati fratres eo quod de praedicta electione episcopi privari debuerunt, ultra non sunt progressi, sed revertentes in loco opportuno exspectaverunt, usque dum praefatum Heinricum inde comitarentur.

Eo statim die, cum ad castra venirent milites qui de duce Purchardo cum Heinrico venerunt, adjunctos sibi clericos rogare coeperunt, ut Heinricum in commune episcopum esse comprobarent in eodem loco. Qui inducias petierunt, usque in communi capitulo, domi cuncti fratres in unum se coadunarent. Cumque milites hoc refutarent, et longa inter se locutione contenderent, reversi ad Heinricum, cum quibusdam clericis elegerunt eum super se esse episcopum; quidam vero eum non eligentes, ad Augustam pervenerunt ad caeteros fratres.

Cumque ad Augustam pervenirent sic sequestrati in electione ejus, venit quidam comes, Wolveradus nomine, cum aliis quibusdam hominibus quasi legationem ab imperatore ferendo ad congregationem, dicens: « Imperator demandavit vobis gratiam et misericordiam et omnia bona, et postulavit ut istum dominum Heinricum, quem ille cum suis fidelibus decrevit in isto loco esse pastorem, ut et vos ob amorem sui antistitem vobis eligere unanimiter non renuatis. » Legatio autem haec fraudulenti consilio composita erat.

Algunos clérigos, acompañados por el abogado y por algunos otros caballeros del mismo obispado, emprendieron el camino hacia la corte del emperador llevando el báculo episcopal. Cuando llegaron a la ciudad de Worms, al monasterio de San Ciriaco, encontraron allí al duque Burcardo con su esposa, postrado por la enfermedad. Cuando le manifestaron el propósito de su viaje, él los engañó con astutas maquinaciones; porque les dijo que el emperador residía en esos días casi en los últimos confines de su reino, que en el camino que debían seguir todo estaba caro sin medida y los pastos por todas partes estaban vedados, y que por eso no podrían sustentarse de ningún modo ni ellos ni sus caballos. «Dentro de pocos días nuestro emperador quiere celebrar una asamblea real en el lugar llamado Erinstein; allí podéis ir fácilmente; volved, pues, ahora, y cuando llegue mi mensajero de confianza para anunciaros el día de dicha asamblea, no dudéis en ir allí; porque allí me encontraréis como firme valedor vuestro, y sabed sin ninguna duda que en la elección episcopal estaré de acuerdo con vosotros.» Al oír estas palabras, creyéndolas verdaderas y asintiendo a sus consejos, se volvieron.

No mucho tiempo después llegó el mensajero del duque, les indicó que la asamblea real tendría lugar en dicho lugar y los exhortó a ir allí. Ellos, tomando al punto consigo a otros hermanos, se apresuraron a ir a dicho lugar. Cuando se acercaban al lugar llamado Baden, un mensajero que les salió al paso les dijo: «Enrique, hijo de Burcardo, a quien el emperador con sus fieles y el duque Burcardo han decretado que sea prelado de Augsburgo, os saldrá pronto al encuentro.» Al oír esto, los hermanos, entristecidos porque iban a ser privados de dicha elección del obispo, no siguieron adelante, sino que, volviendo atrás, esperaron en un lugar oportuno hasta poder acompañar desde allí al dicho Enrique.

Ese mismo día, cuando llegaron al campamento los caballeros que venían de parte del duque Burcardo con Enrique, comenzaron a rogar a los clérigos que se les habían unido que aprobaran allí mismo, en común, a Enrique como obispo. Ellos pidieron un plazo hasta que todos los hermanos se reunieran en casa en capítulo común. Como los caballeros lo rechazaron y discutieron largamente entre sí, volvieron a Enrique y, con algunos clérigos, lo eligieron para que fuera obispo sobre ellos; pero algunos, que no lo eligieron, llegaron a Augsburgo, donde estaban los demás hermanos.

Cuando llegaron a Augsburgo, así divididos en cuanto a su elección, vino a la comunidad un conde llamado Wolverado con algunos otros hombres, como trayendo un mensaje del emperador, y dijo: «El emperador os envía su favor, su misericordia y todos sus buenos deseos, y os pide que también vosotros, por amor a él, no rehuséis elegir unánimemente como vuestro prelado a este señor Enrique, a quien él con sus fieles ha decretado que sea pastor en este lugar.» Pero este mensaje había sido urdido por un consejo fraudulento.

Cui respondentes dixerunt: « Veniat ille cum vobis ad capitulum nostrum ad audiendum responsa nostra. » Cumque vix obtinuissent ut in capitulum intrarent, legebant lectiones canonicas de electione antistitum. Praefatus Heinricus, cum audisset de lectionibus in praesentia recitatis quod in potestate esset canonicorum eum eligere vel refutare, cum venia humiliter postulavit ut eum episcopum eligere non dedignarentur, promittens eis, si ejus postulationi consentirent, in posterum omnigenae commoditatis impensionem. Qui ejus promissionibus credentes, quidam vero sponte, quidam vero dissensiones vitando, omnes tamen in commune decreverunt eum esse episcopum. Haec vero electio cum in ecclesia militibus et familiae nota facta fuisset, sonantibus campanis ab omnibus confirmabatur.

Tunc demum praefatus Heinricus, assumptis quibusdam canonicis, perrexit ad imperatorem, et in praesentia ejus aliorum testimonio roboratus de electione ejus nuntiavit, humiliter flagitans ut a celsitudine ejus imperialis potestatis pontificium praenominatum ei concederetur. Imperator autem ejus petitioni non contradixit, neque continuo adimplevit, sed promisit ut post quinque dies in solemnitate sancti Mauritii ejus petitioni assensum praeberet, sicut et fecit. Postea vero statuto tempore ad Maguntiam venit, et a Rudperto archiepiscopo et suis suffraganeis benedictionem episcopalem accepit.

His vero temporibus Otto filius Luitolfi, filii Ottonis imperatoris, dux fuit Alamannorum, et Heinricus, filius Heinrici fratris ejusdem imperatoris, dux Bauvariorum erat: qui, quamvis ex vicina propinquitate charitate conjuncti fore debuissent, ex machinatione male suadentis Satanae invidias et dissensiones inter se exercere coeperunt. Heinricus itaque episcopus aequivoco suo duci aptior mansit in omnibus, et ipsius consiliis plus consentiens quam Ottoni duci, quamvis civitas Augusta in suo ducatu sita maneret. Pro hac vero re Otto dux contra eum iratus esse coepit, et cum fidelibus suis consiliari ut ei, in quibuscunque potuisset, adversaretur; quod et fecit.

Insuper episcopus quibusdam militibus nepotibus sancti episcopi Udalrici, Manegoldo et Hulpaldo, voluit beneficia abstrahere, propter quorumdam consilia, sine illorum reatu. Ipsi autem, quia episcopo sancto Udalrico adhuc vivente ab eo missi saepe in auxilio imperatoris cum herili multitudine militum venerunt, et in ejus servitio voluntatem ejus strenue in omnibus adimplentes, tandiu permanserunt usque cum illius gratia muneribus honorati redire dimissi sunt. Regina etiam profitebatur eorum se esse propinquam; ideo beneficia accepta episcopo contradixerunt et in eorum potestate, eo nolente, tenuerunt. Episcopus itaque his et aliis multis adversis fatigatus, tristis effectus est.

Le respondieron: «Venga él con vosotros a nuestro capítulo para oír nuestra respuesta.» Y cuando a duras penas consiguieron entrar en el capítulo, se leyeron las lecturas canónicas sobre la elección de los prelados. El dicho Enrique, al oír por las lecturas recitadas en su presencia que estaba en poder de los canónigos elegirlo o rechazarlo, postrándose, les pidió humildemente que no desdeñaran elegirlo obispo, prometiéndoles, si accedían a su petición, toda clase de favores en lo sucesivo. Ellos, creyendo en sus promesas, unos de buen grado y otros por evitar discordias, decretaron sin embargo todos en común que él fuera obispo. Cuando esta elección se dio a conocer en la iglesia a los caballeros y a la servidumbre, fue confirmada por todos al son de las campanas.

Entonces, por fin, el dicho Enrique, tomando consigo a algunos canónigos, fue al emperador y, respaldado por el testimonio de otros, le comunicó en su presencia su elección, suplicando humildemente que la alteza de su potestad imperial le concediera el mencionado pontificado. El emperador no contradijo su petición ni la cumplió en seguida, sino que prometió acceder a ella cinco días después, en la solemnidad de san Mauricio; y así lo hizo. Después, en el tiempo fijado, fue a Maguncia y recibió la bendición episcopal del arzobispo Ruperto y de sus sufragáneos.

En aquellos tiempos Otón, hijo de Liudolfo, hijo del emperador Otón, era duque de los alamanes, y Enrique, hijo de Enrique, hermano del mismo emperador, era duque de los bávaros; y estos, aunque por su cercano parentesco hubieran debido estar unidos por la caridad, por maquinación de Satanás, que aconseja el mal, comenzaron a ejercer entre sí envidias y discordias. Así pues, el obispo Enrique se mantuvo en todo más afecto al duque de su mismo nombre y más conforme con sus consejos que con los del duque Otón, aunque la ciudad de Augsburgo estaba situada en el ducado de este. Por esta razón el duque Otón comenzó a airarse contra él y a deliberar con sus fieles cómo oponérsele en todo lo que pudiera; y así lo hizo.

Además, el obispo, por consejo de algunos, quiso quitar sus beneficios a ciertos caballeros, sobrinos del santo obispo Ulrico, Manegoldo y Hupaldo, sin culpa alguna de ellos. Ellos, en cambio, viviendo aún el santo obispo Ulrico, habían sido enviados muchas veces por él en auxilio del emperador con una señorial multitud de caballeros, y en su servicio, cumpliendo con diligencia su voluntad en todo, permanecieron hasta que fueron despedidos en su gracia para volver a casa, honrados con regalos. También la reina declaraba ser pariente suya; por eso se negaron a devolver al obispo los beneficios recibidos y los retuvieron en su poder contra su voluntad. Así pues, el obispo, agobiado por estas y otras muchas adversidades, se entristeció.

Quodam tempore cum imperator Otto gentem Sclavorum cum exercitu invadere voluisset, et Otto, qui tunc dux erat Alamannorum et Bauvariorum, Heinrico deposito, in adjutorium ejus venire cum Alamannis et Noricis paratus esset, Heinricusque episcopus ire se cum illo promitteret, exspectavit cum suis militibus donec recederet exercitus, et, sicut antea consiliati sunt, occupavit cum militibus suis civitates quas potuit, et ipse in Nuwingburg intravit. Henricus autem, qui antea dux fuit, Pazonam civitatem intravit, ea ratione ut Ottone cum exercitu recedente, provinciam sibi adjutorio nepotis sui episcopi subjugaret. Hoc itaque consilium cum Ottoni duci notum factum fuisset, reversus est cum exercitu ambarum provinciarum, et obsedit eum in praefata civitate, Pazova. Imperator autem Otto, cum Dei clementia liberatus a Sclavis, venit post eum ad eamdem civitatem in obsidionem ejus. Cumque obsidione finita et carinula mitigata, imperator ad Saxoniam reverteretur, postea statuto tempore Heinricus filius Heinrici, et aequivocus ejus filius Perhtolfi ad colloquium imperatoris vocati sunt, cum quibus etiam Heinricus episcopus ad imperatorem se ad excusandum de praedicto reatu venit, ut restitutus gratiae ejus ad propria redire mereretur. Peracto itaque colloquio, Heinricus et aequivocus ejus in exsilium missi sunt. Heinricus autem episcopus ad Vurdinam ubi sanctus requiescit Luitgerus, abbati ad custodiendum commendatus est. Cumque ibi de Pascha usque post nativitatem sancti Joannis Baptistae cum magna cautela custodiretur, factum est imperiale colloquium in oppido quod dicitur Trulmanna. Illuc venerunt duo presbyteri Gerhardus et Anamotus de Augusta, et, cum interventu Ottonis ducis et episcoporum ibi inventorum, supplicaverunt non solum de semetipsis, sed de omnibus clericis et laicis in eodem episcopatu habitantibus, ne diu episcopali custodia privarentur. Imperator autem petitioni Ottonis ducis et aliorum suorum fidelium praetatorumque clericorum satisfaciens, episcopum de exsilio reduci praecepit, et in praesentia sua, iterato fidelitatis suae sacramento, cum gratia sua ad episcopatum suum redire concessit.

Restitutus autem in suum locum episcopus tractare in animo suo coepit pro quibus reatibus ei tam diversa adversa sic frequenter accidissent, qui a duce multipliciter plus quam antecessores sui injuriabatur; et quia principes militum beneficia sua contra voluntatem ejus habere praesumebant, et electissimi de paterna sua familia ministratores diverso modo repente interierant, secreto a familiaribus clericis interrogavit, si sanctus Udalricus de Werenhario abbate diceret, ut successor ejus fieri deberet, sicuti ei antea dictum est. Cumque in veritate verum esse cognovisset, quod antea credere noluit, expavit se vehementer, sed publice non manifestavit; pro eo plus expavit, quia tunc frequenter signa magna et mirabilia ad sepulcrum sancti Udalrici episcopi, Deo concedente, fiebant. Tunc demum in meliora multipliciter mutatus, cum Deo se pacificare conatus est, et matricem ecclesiam novo tecto cooperire praecepit, et super Licum fluvium ad Sanctam Afram pontem composuit.

En cierta ocasión, cuando el emperador Otón quiso invadir con un ejército el pueblo de los eslavos, y Otón, que entonces era duque de los alamanes y de los bávaros, depuesto Enrique, estaba dispuesto a ir en su ayuda con los alamanes y los nóricos, y el obispo Enrique prometía ir con él, este esperó con sus caballeros hasta que el ejército se alejó, y, como lo habían concertado antes, ocupó con sus caballeros las ciudades que pudo, y él mismo entró en Neuburg. Y Enrique, que antes había sido duque, entró en la ciudad de Passau con el propósito de someterse la provincia, con la ayuda de su pariente el obispo, una vez que Otón se hubiera alejado con el ejército. Cuando este plan llegó a conocimiento del duque Otón, volvió con el ejército de ambas provincias y lo sitió en dicha ciudad, Passau. Y el emperador Otón, librado de los eslavos por la clemencia de Dios, vino tras él a la misma ciudad para sitiarla. Terminado el asedio y apaciguada la revuelta, cuando el emperador volvía a Sajonia, después, en un tiempo fijado, Enrique, hijo de Enrique, y su homónimo, el hijo de Bertoldo, fueron convocados a una asamblea del emperador; y con ellos fue también el obispo Enrique ante el emperador para disculparse de la dicha culpa, a fin de merecer, restituido a su gracia, volver a lo suyo. Terminada la asamblea, Enrique y su homónimo fueron enviados al destierro. El obispo Enrique fue entregado en custodia al abad de Werden, donde descansa san Ludgero. Y mientras lo custodiaban allí con gran cautela desde Pascua hasta después de la Natividad de san Juan Bautista, se celebró una asamblea imperial en la villa llamada Dortmund. Allí acudieron dos presbíteros de Augsburgo, Gerardo y Anamoto, y, con la intercesión del duque Otón y de los obispos que se hallaban allí, suplicaron, no solo por sí mismos, sino por todos los clérigos y laicos que habitaban en aquel obispado, que no estuvieran largo tiempo privados de la custodia de su obispo. El emperador, atendiendo a la petición del duque Otón, de sus otros fieles y de los dichos clérigos, mandó que el obispo fuera traído del destierro y, renovado en su presencia el juramento de fidelidad, le concedió volver con su gracia a su obispado.

Restituido en su sede, el obispo comenzó a considerar en su ánimo por qué culpas le habían sobrevenido con tanta frecuencia adversidades tan diversas, a él, a quien el duque agraviaba de muchas maneras más que a sus predecesores; y como los principales de los caballeros se atrevían a retener sus beneficios contra su voluntad, y los más escogidos oficiales de la servidumbre de su padre habían perecido de repente de diversos modos, preguntó en secreto a los clérigos de su confianza si san Ulrico había dicho del abad Werinhario que debía ser su sucesor, como antes se le había dicho. Y cuando supo de veras que era verdad lo que antes no había querido creer, se espantó vehementemente, pero no lo manifestó en público; y se espantó aún más porque entonces, por concesión de Dios, se obraban con frecuencia grandes signos y prodigios en el sepulcro del santo obispo Ulrico. Entonces, por fin, cambiado a mejor de muchas maneras, procuró reconciliarse con Dios; mandó cubrir la iglesia madre con un tejado nuevo y construyó un puente sobre el río Lech, junto a Santa Afra.

Et, ut nullus ex familia de ponte teloneum aut ullam redhibitionem acciperet, praecepit, sed in eleemosynam ejus quicunque voluissent sine contradictione et occupatione pergerent.

Postea autem Romam et limina sanctorum apostolorum Petri et Pauli pro remissione delictorum suorum visitavit. Et antea quam illuc pergere coepisset, proprietatem quam pater suus Purchardus in Geisinhausa habere visus est, et quam Etichoni fideli suo sub testimonio contradidit, ea videlicet ratione ut eam illuc firmiter transfunderet, ubi eum filius ejus Heinricus episcopus rogaret, tunc pro certo Ethich postulante episcopo tradidit cum manu ejus praefatam proprietatem legitime, secundum legem Noricorum, sanctae Mariae super altare ejus in Augusta civitate situm, et super capsam deauratam lapidibusque inclusis decoratam, cum ecclesia et totis aedificiis, cum agris, pratis, pascuis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, viis et inviis, civitatibus, sylvis, tonsis et intonsis, quaesitis et adhuc inquirendis, et cum familia et cum omnibus ad eamdem proprietatem jure pertinentibus, nisi XX hubas extra traditionem dimisit; et eas servituti sancti Magni ad Fauces decrevit; canonicisque placitavit, ut potestatem haberent, si vellent, easdem hubas XX cum X in ista provincia in bono loco sitis hubis concambire, in manum Werinharii advocati, et in manum Gerhardi praepositi, pro remedio animae suae, et patris matrisque suae et materterae suae caeterorumque propinquorum et parentum suorum, in eam placitationem, ut in jure et potestate canonicorum perpetualiter in oblatione permaneat, salvo in omnibus eorum quotidiano stipendio; et ut ipsi, pro requie ejus animae, annis singulis ante anniversarium diem ad horam vespertinam vigiliam plenam de voce celebrent, et in anniversario die iterum vigiliam expleant, et celebrata missa altaris, hostiae oblationem omnes in commune Deo offerant, et insuper centum pauperes sufficienti stipendio edendi et bibendi procurent, et ex eis duodecim vestiant, in uno anno laneis vestimentis, et in altero anno laneis induant, et caligas calceamentaque praebeant.

Si autem aliquis successor ejus antistes hanc placitationem irrumpere tentaverit, et praedictam proprietatem canonicis auferendo in suam utilitatem aliquo modo redigere conatus fuerit, et ita ratione ei comperta statim non restituerit, haeredes ejus legitimi liberam habeant potestatem tres ponere super altare denarios, et eamdem proprietatem inde redimere et in jus proprium possidere omnibus in futurum generationibus.

Actum Augusta, in ecclesia sanctae Dei Genitricis Mariae ante altare, episcopo Heinrico perpetrante, in praesentia canonicorum, coram frequentia populi et coram testibus subnotatis.

Signum Etih qui hanc traditionem fecit. Signum Adalbero. Signum Jagob. S. Marahnurat. S. Willehalm. S. Hunurid. S. Engilmar. S. Wezzi. S. Pilgirim. S. Gundachar. S. Cadolt. Isti de provincia Noricorum.

Y mandó que nadie de la servidumbre cobrara por el puente peaje ni pago alguno, sino que, como limosna suya, pasaran por él cuantos quisieran sin oposición ni embargo.

Después visitó Roma y los umbrales de los santos apóstoles Pedro y Pablo para el perdón de sus pecados. Y antes de emprender el viaje hacia allí, había una propiedad en Geisenhausen que se sabía que su padre Burcardo había poseído y que él había entregado ante testigos a su fiel Eticón, con esta condición: que la transfiriera firmemente allí donde se lo pidiera su hijo, el obispo Enrique. Y entonces, a petición del obispo, Eticón, junto con la mano de este, entregó legítimamente dicha propiedad, según la ley de los nóricos, a santa María, sobre su altar, situado en la ciudad de Augsburgo, y sobre un relicario dorado y adornado con piedras engastadas: con la iglesia y todos los edificios, con campos, prados, pastos, molinos, aguas y cursos de agua, caminos y descampados, poblaciones, bosques talados y sin talar, lo adquirido y lo que aún está por adquirir, y con la servidumbre y con todo lo que por derecho pertenece a dicha propiedad, salvo veinte mansos que dejó fuera de la donación y asignó al servicio de san Magno en Füssen; y convino con los canónigos que tuvieran la facultad, si querían, de permutar esos veinte mansos por diez mansos bien situados en esta provincia. La entrega se hizo en manos de Werinhario, el abogado, y en manos de Gerardo, el preboste, por el remedio de su alma y de las de su padre y su madre, de la hermana de su madre y de sus demás allegados y parientes, con este acuerdo: que permanezca perpetuamente como ofrenda en el derecho y la potestad de los canónigos, quedando a salvo en todo su sustento diario; y que ellos, por el descanso de su alma, celebren cada año, en la víspera del aniversario, a la hora de Vísperas, una vigilia completa cantada, y el día del aniversario cumplan de nuevo la vigilia, y, celebrada la misa en el altar, ofrezcan todos juntos a Dios la oblación del sacrificio; y además provean a cien pobres de suficiente comida y bebida, y vistan a doce de ellos, un año con vestidos de lana y al año siguiente también de lana, y les den calzas y calzado.

Pero si algún prelado sucesor suyo intentara romper este acuerdo y tratara de algún modo de quitar a los canónigos dicha propiedad para reducirla a su propio provecho, y, conocida por él la causa, no la restituyera en seguida, sus herederos legítimos tengan libre potestad de poner tres denarios sobre el altar y rescatar así la misma propiedad, y poseerla en derecho propio por todas las generaciones futuras.

Hecho en Augsburgo, en la iglesia de santa María, Madre de Dios, ante el altar, por obra del obispo Enrique, en presencia de los canónigos, ante una multitud de pueblo y ante los testigos anotados abajo.

Signo de Eticón, que hizo esta donación. Signo de Adalberón. Signo de Jagob. Signo de Marahnurat. Signo de Willehalm. Signo de Hunurid. Signo de Engilmar. Signo de Wezzi. Signo de Pilgirim. Signo de Gundachar. Signo de Cadolt. Estos son de la provincia del Nórico.

Isti autem de provincia Alamannorum. Signum Werenhere advocatus qui hanc traditionem cum manu Gerhardi praepositi accepit. S. Histipold. S. Gotebold. S. Reginhar. S. Suidger. S. Aribo. S. Vrolf. Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi nongentesimo octogesimo, indictione VIII, IV Nonas Octob., et XX die Jovis. Ego igitur Gerhardus indignus presbyter notavi diem et annum.

His ita, sicut praedixi, expletis, Romam perrexit et votis suis peractis sanus ad propria venit. Adhuc autem intus magna angustia mentis angebat, pro eo quod a duce Ottone, quamvis exterius pacificati essent, plus cogebatur quam antecessores sui ei servitium facere de rebus Sanctae Mariae; et pro eo quod quidam milites beneficia ecclesiastica ad illius potestatem jure pertinentia contra ejus voluntatem possidebant.

Quia ille ex nobilibus parentibus ortus est, et grammaticae artis aliorumque librorum magnam scientiam habebat, suavique colloquio et bene sonante loquela valde congrue exuberabat, in sanctis solemnitatibus, in Dei servitio et in praedicatione studiosus fuit. Herili servitio ad mensam suam utebatur, et cum eo manentibus copiam manducandi atque bibendi hilari vultu et placida mente porrexit. Familiae autem plus justo saevior exstitit, eorum jus tollendo, et in quibusdam locis novum censum creando. Tunc demum cognoscebat quod praelibata adversa, nisi Deo adjuvante et imperialis celsitudinis gratia machinante, superare non potuit, et toto nisu servitio imperatoris se innectere studuit, ut acquisitione ejus gratiae omnes contrarietates ei ab aliis undique imminentes, cum ejus praesentia et cum ejus praeceptis mitigarentur. Ideo igitur saepius cum imperialibus muneribus eum visitavit, et drudes suos donis congruis sibi complacare satagebat, et insuper hostilia itinera cum eo pergebat, taliter sicut ei optime aestimabat placere.

Anno itaque Domini nostri Jesu Christi 983, imperator cum exercitu Calabriam provinciam adiit; illuc etiam episcopus Heinricus cum eo pervenit: cumque ibi pugna cum Sarracenis ageretur, plurimis ibi ex utraque parte occisis, heu dolor! sive captus, sive occisus, etiam ibi remansit. Supra modum est lamentandum perditio ejus, quia locus ejus a clericis suis, et propinquis et cognatis et amicis inveniri et visitari non potest. Periculosum est valde decretum Dei per suos sanctos revelatum supergredi et prophetias spernere, dicente Scriptura: Spiritum nolite exstinguere, prophetias nolite spernere.

Y estos, de la provincia de los alamanes. Signo de Werinhario, el abogado, que recibió esta donación junto con la mano de Gerardo, el preboste. Signo de Histipold. Signo de Gotebold. Signo de Reginhar. Signo de Suidger. Signo de Aribo. Signo de Vrolf. En el año novecientos ochenta de la encarnación de nuestro Señor Jesucristo, en la indicción octava, el día cuarto antes de las nonas de octubre, y el día vigésimo, jueves. Yo, pues, Gerardo, indigno presbítero, anoté el día y el año.

Cumplido esto, como dije, se dirigió a Roma y, cumplidos sus votos, volvió sano a su tierra. Pero por dentro lo atormentaba todavía una gran angustia de ánimo, porque el duque Otón, aunque exteriormente estaban en paz, lo obligaba más que a sus predecesores a prestarle servicio con los bienes de Santa María; y porque ciertos caballeros poseían contra su voluntad beneficios eclesiásticos que por derecho pertenecían a su potestad.

Como había nacido de padres nobles, tenía gran conocimiento del arte de la gramática y de otros libros, y abundaba con mucha propiedad en dulce conversación y en palabra bien sonante, fue diligente en las santas solemnidades, en el servicio de Dios y en la predicación. En su mesa tenía un servicio señorial, y ofrecía a los que estaban con él abundancia de comida y bebida con rostro alegre y ánimo apacible. Pero con la servidumbre fue más duro de lo justo, quitándoles sus derechos y creando en algunos lugares un nuevo censo. Entonces, por fin, comprendió que no podía superar las adversidades antes mencionadas si no le ayudaba Dios y obraba en su favor la gracia de la alteza imperial, y se esforzó con todo empeño por ligarse al servicio del emperador, para que, ganando su gracia, todas las contrariedades que de todas partes le amenazaban por obra de otros se mitigaran con su presencia y con sus mandatos. Por eso lo visitaba muy a menudo con regalos dignos de un emperador, procuraba ganarse con dones adecuados a los privados del emperador, y además iba con él en las expediciones militares, del modo que juzgaba que más le agradaría.

Así pues, en el año de nuestro Señor Jesucristo 983, el emperador fue con un ejército a la provincia de Calabria, y allá fue también con él el obispo Enrique; y cuando se libró allí una batalla con los sarracenos, en la que murieron muchísimos de una y otra parte, ¡ay, dolor!, también él se quedó allí, ya cautivo, ya muerto. Su pérdida es de lamentar sobremanera, porque el lugar donde yace no puede ser hallado ni visitado por sus clérigos, ni por sus allegados, parientes y amigos. Es muy peligroso traspasar un decreto de Dios revelado por medio de sus santos y despreciar las profecías, pues dice la Escritura: No apaguéis el Espíritu, no despreciéis las profecías (1 Tes 5,19-20).

Werrenharius autem postea ab imperatore interrogatus si episcopatum accipere vellet, sicut sanctus Udalricus antea decrevit, qui cum adhuc esset sanus et incolumis, respondit se ultra hunc episcopatum non velle accipere. Post contradictionem autem episcopatus, ut a ministris ejus comperi, paucis horis interpositis, infirmari coepit et ad Luggam vitam finivit, et corpus ejus portatum est usque ad sanctum Dominum, et honorifice est sepultum. Otto autem dux etiam ad Luggam defunctus est, et a suis super montana portatus, et usque ad Aschaffenburg perductus, cum magno honore et nimia lamentatione ibi terrae commendatus est.

Miracula S. Udalrici

I

Post commendationem pretiosi thesauri sacri corporis Udalrici, tapetium sepulcro superponebatur et assiduum lumen appositum sine intermissione ardebat. Quidam autem custodum ardentem cereum incaute posuit juxta sepulcrum; quo recedente, cereus cecidit in transversum super apetium sepulcri, et ardens permansit donec illa pars cerei quae super tapetium jacebat ab igne consumebatur; et cum anteriori parte tapetii quae sepulcro eminebat conjunctus arderet, et flammam sursum per tapetium emitteret, custos advenit, et hoc videns tremefactus obstupuit, et quod adhuc remanebat de cereo timens abstulit, tapetiumque sollicite inspexit si ab igne aliquid laederetur, vestigium ignis de minimis micis cereis invenit, unum vero pilum in superficie et in latere sepulcri in tapetio exustum invenire non potuit. Hoc miraculum cum magistro suo et fratribus nuntiaret, et vestigium cerei monstraret, et tamen tapetium illaesum ostenderet, admiratione et gaudio repleti Deum omnes glorificaverunt et sanctum Udalricum.

II

Quamvis adhuc nullum inibi aperte fieri miraculum comperiretur, utriusque sexus familiae multitudo jugiter pavimento prostrata, positioni sancti corporis adjuncta, necessitatis suae suffragia precabatur, deprehendensque ei multa omnigenae commoditatis auxilia inde evenire, frequentius eumdem coepit visitare locum. Itaque cum ab assiduitate visitantium, Domino concedente, plurimis ille commendaretur locus, venit quidam homo de provincia Noricorum, nomine Reginwalech, qui integro anno febre fatigatus ad nimiam infirmitatem deductus, ad Wicfredum praepositum ejusdem loci venit, interrogans eum si aliquod liberationis suae medicamentum ei indicare potuisset. Qui respondens, dixit: « Vade et acquire tibi baculum, et porta eum ad sepulcrum domini mei sancti Udalrici pro sospitate sua. » Qui ambulans inde concidit sibi baculum de ligno bidullaneo, et portavit eum ad praefatum praepositum.

Después, Werinhario, preguntado por el emperador si quería aceptar el obispado, como antes había dispuesto san Ulrico, estando todavía sano e incólume, respondió que ya no quería aceptar este obispado. Tras rehusar el obispado, según supe por sus servidores, a las pocas horas comenzó a enfermar y terminó su vida en Luca; y su cuerpo fue llevado hasta la iglesia del Santo Señor y sepultado con honra. También el duque Otón murió en Luca, y fue llevado por los suyos a través de las montañas y conducido hasta Aschaffenburg, y allí, con gran honra y enorme lamento, fue entregado a la tierra.

Milagros de san Ulrico

I

Después de que el precioso tesoro del sagrado cuerpo de Ulrico fue encomendado a la tierra, se puso un tapiz sobre el sepulcro, y una luz colocada junto a él ardía continuamente sin interrupción. Uno de los guardianes puso descuidadamente junto al sepulcro una vela encendida; cuando él se retiró, la vela cayó atravesada sobre el tapiz del sepulcro y siguió ardiendo hasta que el fuego consumió la parte de la vela que yacía sobre el tapiz; y mientras ardía pegada a la parte delantera del tapiz que sobresalía del sepulcro, lanzando la llama hacia arriba a lo largo del tapiz, llegó el guardián, y al verlo quedó tembloroso y pasmado; temeroso, quitó lo que aún quedaba de la vela y examinó con cuidado el tapiz por si el fuego lo había dañado en algo: encontró rastro del fuego en unas minúsculas migajas de cera, pero no pudo hallar quemado ni un solo pelo del tapiz, ni encima ni en el costado del sepulcro. Cuando contó este milagro a su maestro y a los hermanos, y les mostró el rastro de la vela y, sin embargo, el tapiz intacto, todos, llenos de admiración y de gozo, glorificaron a Dios y a san Ulrico.

II

Aunque todavía no se sabía que allí se hubiera obrado abiertamente milagro alguno, una multitud de la servidumbre de ambos sexos, postrada continuamente en el pavimento junto al lugar donde yacía el santo cuerpo, imploraba ayuda en sus necesidades; y advirtiendo que de allí le venían muchos auxilios de toda clase de provecho, comenzó a visitar aquel lugar con mayor frecuencia. Así pues, cuando por la asiduidad de los visitantes, con la gracia del Señor, aquel lugar se había dado a conocer a muchísimos, llegó un hombre de la provincia del Nórico llamado Reginwalech, que, agotado por la fiebre durante un año entero y reducido a una debilidad extrema, fue a ver a Wicfrido, preboste de aquel lugar, y le preguntó si podía indicarle algún remedio para su curación. Él le respondió: «Ve y procúrate un bastón, y llévalo al sepulcro de mi señor san Ulrico para recobrar tu salud.» Él se fue de allí, se cortó un bastón de madera de abedul y lo llevó al dicho preboste.

Qui ambulans cum eo duxit eum ad sanctum sepulcrum, et monstravit ei baculum ponere super illud. Oratione etiam clericorum fretus, et doctrina eorum in fide confortatus, eadem hora a febre liberatus sanitati manifeste redditus est.

Eodem vero tempore in istis regionibus incredibilis multitudo populorum febribus fatigabatur. Qui cum audirent praefatum hominem ad sanctum sepulcrum, sicut praedixi, fuisse liberatum, quidam cum baculis, quidam etiam additis aliis oblationibus festinaverunt pro sanitate sua sanctum visitare sepulcrum. Qui omnes, undecunque venirent, celeriter sanitati restituebantur.

III

Quidam de familia sanctae Mariae, Hisenhart nomine, unum de baculis qui ad sepulcrum de infirmis portabantur, tulit, et eum in manu portando, inde ambulare coepit: cumque ad collem qui dicitur Perileich veniret, a febre acriter fatigari coepit. Tunc praesentiens pro quo reatu infirmitati concederetur, regressus ad sepulcrum, baculum restituit in locum ubi eum tulit, votumque fecit ut ultra nullum inde auferre praesumeret, votoque peracto a febre dimissus est.

IV

De congregatione Sanctae Afrae presbyter unus, Adelger nominatus, tulit de sepulcro duos bacellos speciosos ad videndum, et aptos in manibus ad portandum, et sui obliviscens portavit eos in domum suam, ibique cum sedisset, invasit eum oscitatio crebra et obripilatio cutis maxima, et omnia membra taedio occupata sunt, ita ut virtutem sedendi, neque ambulandi, nec saltem jacendi apte non potuisset habere. Qui intra semetipsum aestimare coepit pro qua re tam subita solutione membrorum gravaretur; et surgens venit ad Wicfredum praepositum, et nuntiavit illi eventum rei. Cui ille dixit: « Tu ne istos bacellos de sancto sepulcro tulisti? » Qui dixit: « Ita feci » « Festina, inquit ille, reponere eos in locum suum. » Hoc cum factum fuisset, omni incommoditate corporis fugata, presbyter confestim sanitati pristinae restitutus est.

V

Quicunque etiam de multitudine vulgi de apportatis baculis in manus suas acceperunt, ut inter sacra mysteria se super eos inclinarent, et facilius finem mysterii exspectarent, repentina invasione febris quassati sunt, compertaque causa eventus, rejectis baculis eadem hora liberati sunt.

El preboste fue con él, lo condujo al santo sepulcro y le indicó que pusiera el bastón sobre él. Sostenido además por la oración de los clérigos y fortalecido en la fe por su enseñanza, en esa misma hora quedó libre de la fiebre y recobró manifiestamente la salud.

En ese mismo tiempo, en estas regiones, una increíble multitud de gente padecía fiebres. Cuando oyeron que el dicho hombre había sido liberado junto al santo sepulcro, como dije, unos con bastones y otros añadiendo además otras ofrendas, se apresuraron a visitar el santo sepulcro para obtener su salud. Y todos ellos, vinieran de donde vinieran, recobraban rápidamente la salud.

III

Uno de la servidumbre de Santa María, llamado Hisenhart, tomó uno de los bastones que los enfermos llevaban al sepulcro, y, llevándolo en la mano, comenzó a alejarse de allí; y cuando llegó a la colina llamada Perleich, comenzó a padecer gravemente de fiebre. Entonces, presintiendo por qué culpa había sido entregado a la enfermedad, volvió al sepulcro, restituyó el bastón al lugar de donde lo había tomado e hizo voto de no atreverse nunca más a llevarse ninguno de allí; y hecho el voto, la fiebre lo dejó.

IV

Un presbítero de la comunidad de Santa Afra, llamado Adelger, tomó del sepulcro dos bastoncillos hermosos a la vista y cómodos de llevar en la mano, y, olvidándose de sí, los llevó a su casa; y cuando se hubo sentado allí, lo invadieron frecuentes bostezos y un grandísimo erizamiento de la piel, y todos sus miembros quedaron presos de malestar, de modo que no tenía fuerzas para estar sentado como es debido, ni para andar, ni siquiera para acostarse. Él comenzó a pensar dentro de sí por qué lo agobiaba tan súbito desfallecimiento de los miembros; y levantándose, fue a ver al preboste Wicfrido y le contó lo sucedido. Él le dijo: «¿No te llevaste tú esos bastoncillos del santo sepulcro?» Él dijo: «Así lo hice.» —«Apresúrate —dijo el preboste— a volverlos a su lugar.» Hecho esto, desaparecido todo malestar del cuerpo, el presbítero recobró al instante su salud anterior.

V

Asimismo, cuantos de la multitud del pueblo tomaron en sus manos alguno de los bastones allí llevados para apoyarse en ellos durante los sagrados misterios y esperar así con más comodidad el final del oficio, fueron sacudidos por un repentino acceso de fiebre; y conocida la causa de lo sucedido, arrojando los bastones, quedaron libres en esa misma hora.

VI

His casibus divulgatis, et in notitiam undique omnium deductis, nullus praesumebat vel minimum bacellum sine licentia inde auferre; et ideo tanta multitudo baculorum excrevit, ut facile dinumerari non potuisset, nec sine impedimento in angulis ecclesiae collocari. Unde factum est ut super trabes ejusdem ecclesiae, ubi sepulcrum situm est, ponerentur. Mansionarii itaque, praecipiente eorum magistro, frequenter eos ad focum portant, et eis ardentibus ceram ad mollitiem redigunt ad candelas multiplicandas ad servitium Dei. Super trabes tamen plurimi semper remanebunt, et hi qui eos conspiciunt, non putant numerum eorum in aliquo minorari. Sustentacula eorum qui, gratia Dei concedente, per merita sancti Udalrici a diversis infirmitatibus ibi sunt liberati, plurima pendent, et aliorum analogiae secundum membra diversa infirmantium figuratae etiam plurimae ibi videri possunt. Vehicula etiam eorum qui carris superpositi multimoda debilitate membrorum manci illuc veniebant, et in omnibus membris perfecta sanitate donabantur, relictis ibi carris cum tuguriis, pedestri itinere laeti redierunt, ante fores ecclesiae conspici possunt.

VII

Cujusdam vero mulieris filia in brachio in totum debilis facta in pago Geltenstein, cui quadam nocte in somnis dictum est: « Quare filiam tuam cum lucerna non producis ad sepulcrum sancti Udalrici pro sanitate sua? » Quae expergefacta somnium nuntiavit filiae suae, et ut celerius potuit eam illuc cum candela perduxit, et perfecta sanitate recepta, eam inde laetam ad propriam possessionem revexit.

VIII

De eodem vero pago de oppidulo Toningewe vocato, quidam homo cui aures clausae sunt ut nihil audire potuisset, et lingua ligata, ita ut nunquam ullum verbum proferre potuisset, ad sepulcrum sancti Udalrici a fratribus suis deductus est, et ibi prostratus diu jacuit lacrymas fundendo; elevatus autem a fratribus per altaria deductus est. Cumque ambulare coepisset, et perveniret ante altare sancti Donati, quod est situm ad occidentalem partem ecclesiae, audivit sonitum canentium in choro clericorum, et infirma adhuc voce dixit fratribus suis: « Ecce audio et loqui possum. » Qui cum peracto Dei ministerio haec clericis annuntiarent, et ipsi veraciter haec ita esse cognoscerent, campanas sonare fecerunt, et ipsi in commune Deum laudare coeperunt, laudationeque finita cum perfecta loquela et integro auditu donatus praefatus infirmus abire promeruit.

VI

Divulgados estos casos y llegados por todas partes a conocimiento de todos, nadie se atrevía a llevarse de allí sin permiso ni el más pequeño bastoncillo; y por eso creció tal multitud de bastones que no se podían contar fácilmente ni colocar sin estorbo en los rincones de la iglesia. De ahí que se colocaran sobre las vigas de la iglesia donde está situado el sepulcro. Así pues, los sacristanes, por mandato de su maestro, los llevan con frecuencia al fuego, y con ellos ardiendo ablandan la cera para multiplicar las velas destinadas al servicio de Dios. Sin embargo, sobre las vigas quedarán siempre muchísimos, y los que los miran no creen que su número disminuya en nada. Cuelgan allí muchísimas muletas de los que, por concesión de la gracia de Dios, fueron librados allí de diversas enfermedades por los méritos de san Ulrico, y también pueden verse allí muchísimas figuras de otros, modeladas según los diversos miembros de los enfermos. También pueden verse ante las puertas de la iglesia los vehículos de los que llegaban allí tendidos en carros, lisiados por toda clase de debilidad de los miembros, y recibían la salud perfecta en todos ellos, y, dejando allí los carros con sus toldos, volvían contentos a pie.

VII

En el distrito de Geltenstein, la hija de cierta mujer había quedado del todo impedida de un brazo; y una noche se le dijo a la madre en sueños: «¿Por qué no llevas a tu hija con una lámpara al sepulcro de san Ulrico para que recobre la salud?» Ella, al despertar, contó el sueño a su hija, y lo más pronto que pudo la llevó allí con una vela; y recobrada la salud perfecta, la llevó de vuelta contenta a su propia heredad.

VIII

Del mismo distrito, de una villa llamada Toningewe, un hombre que tenía los oídos cerrados de modo que no podía oír nada, y la lengua atada de modo que nunca había podido proferir palabra alguna, fue llevado por sus hermanos al sepulcro de san Ulrico, y allí estuvo largo tiempo postrado, derramando lágrimas; y levantado por sus hermanos, fue conducido por los altares. Y cuando había comenzado a caminar y llegó ante el altar de san Donato, que está situado en la parte occidental de la iglesia, oyó el sonido de los clérigos que cantaban en el coro, y con voz todavía débil dijo a sus hermanos: «Mirad, oigo y puedo hablar.» Cuando, terminado el oficio divino, contaron esto a los clérigos, y estos comprobaron que verdaderamente era así, hicieron tocar las campanas y comenzaron a alabar a Dios en común; y terminada la alabanza, el dicho enfermo, agraciado con un habla perfecta y un oído sano, mereció volver a su casa.

IX

Ex familia episcopi Heinrici similarius quidam, Luitnotus nominatus, reatu proprio gratiam domini sui perdidit, pro eo quod farra per loca episcopi sibi commendata magna incautela dissipavit. Qui cum a ministris episcopi vehementer territus maximum timorem incideret, ad sepulcrum sancti Udalrici pro liberatione imminentis angustiae nudis pedibus accessit, et ibi diu cum lacrymis adjutorium ejus postulavit. Inde autem cum reverteretur, paucis diebus interpositis, facilius quam credere potuisset, gratiam sui domini recepit. Deinde in auxilium ejus firmiter ubique confidens, in recreatione sua pro amore ejus frequenter bibebat, et alios bibere postulare consuevit.

X

Idem Luitnotus quadam die ad domum Razonis, qui tunc potens minister episcopi fuit, in oppido Pobingga venit, et ibi cum eo prandium sumpsit. Qui cum saturatus abire voluisset, praefatus Razo cogebat eum plus ad bibendum. Cujus petitioni ille contradicere non audebat, sed vas quod illi porrigebatur accepit, dicendo: « Istam siceram bibere pro charitate sancti Udalrici, per cujus adjutorium de maximis angustiis liberatus sum, volo. » Cumque poculum hausisset, et vas cum manu deorsum verteret, dixit: « Cum ista charitate signatus, certus sum quia nullius adversitatis pravitas mihi hodie poterit nocere, sed neque gladius corpus meum vulnerare. » Cui Razo dixit: « Da mihi digitum tuum, ut videam si cultellus meus tuum possit vulnerare membrum. » Qui statim magna fide digitum suum ei porrigebat. Ipse autem apprehenso ejus digito, alia manu cultellum de vagina extrahere conabatur, ad vulnerandum digitum praenominati pistoris, propriaeque suae manui cum eodem cultello grande vulnus infecit, digitumque apprehensum simul et cultellum festine dereliquit, et suam manum vulneratam lamentari coepit, pistor autem in fide confortatus sanus recessit.

XI

Alius autem ex familia, nomine Adelhardus, cum de Augusta civitate ad suam mansionem quae est sita in oppido Eitingen nominato, pergere voluisset, ante portam civitatis quidam homo eum cum aliis bibere rogavit. Cumque bibere coepissent, quidam ibi manentium pro charitate sancti Udalrici postulavit eos potum accipere. Praefatus autem Adelhardus sordidum verbum ex ore suo emisit, et poculum rogatae charitatis accipere renuit. Cumque paululum inde recederet, in planitie viae equo suo cadente crus ejus fractum est, et ita ad suam domum cum labore deductus longo tempore debilis permansit.

IX

Un panadero de la servidumbre del obispo Enrique, llamado Liutnoto, perdió por su propia culpa el favor de su señor, porque había malgastado con gran descuido el trigo que se le había encomendado en las fincas del obispo. Como, gravemente amenazado por los oficiales del obispo, cayó en grandísimo temor, acudió descalzo al sepulcro de san Ulrico para ser librado del aprieto que le amenazaba, y allí pidió largo tiempo su ayuda con lágrimas. Y cuando volvió de allí, a los pocos días, con más facilidad de la que hubiera podido creer, recobró el favor de su señor. Desde entonces, confiando firmemente en su ayuda en todas partes, bebía con frecuencia por amor a él cuando tomaba refrigerio, y solía pedir a otros que bebieran.

X

Un día, el mismo Liutnoto fue a la casa de Razo, que entonces era un poderoso oficial del obispo, en la villa de Bobingen, y comió allí con él. Cuando, ya saciado, quiso marcharse, el dicho Razo lo instaba a beber más. Él no se atrevió a contradecir su petición, sino que tomó el vaso que se le ofrecía, diciendo: «Quiero beber este licor como la caridad de san Ulrico, por cuya ayuda fui librado de grandísimos aprietos.» Y cuando hubo apurado la copa y dado la vuelta al vaso con la mano, dijo: «Signado con esta caridad, estoy seguro de que hoy no podrá dañarme la maldad de adversidad alguna, ni espada alguna herir mi cuerpo.» Razo le dijo: «Dame tu dedo, para ver si mi cuchillo puede herir ese miembro tuyo.» Él, al instante, con gran fe, le tendió el dedo. Él, tomándole el dedo, intentó sacar con la otra mano el cuchillo de la vaina para herir el dedo del dicho panadero, y con ese mismo cuchillo se hizo una gran herida en su propia mano; y soltó a toda prisa el dedo que tenía asido y también el cuchillo, y comenzó a lamentarse de su mano herida; pero el panadero, fortalecido en la fe, se retiró sano.

XI

Otro de la servidumbre, llamado Adelardo, iba a marchar desde la ciudad de Augsburgo a su casa, situada en la villa llamada Eitingen, cuando ante la puerta de la ciudad un hombre le invitó a beber con otros. Y cuando habían comenzado a beber, uno de los que estaban allí les pidió que tomaran un trago como la caridad de san Ulrico. Pero el dicho Adelardo soltó por su boca una palabra soez y rehusó tomar la copa de la caridad que se le pedía. Y cuando se había alejado un poco de allí, en lo llano del camino cayó su caballo y se le rompió la pierna; y así, llevado a su casa con trabajo, quedó impedido largo tiempo.

Postea vero votum ad sepulcrum sancti Udalrici vovit, et, Deo donante, sanitati est restitutus, et deinde charitatem quam antea sprevit alios frequenter bibere postulavit.

XII

In praefata villa Eitinga quadam die cum multi ex familia simul ad bibendum in unum congregati fuissent, fuit inter eos unus, nomine Walterich, discipulus Wicfredi, praepositi de Sancta Afra, qui, cum audiret ibi postulare sancti episcopi Udalrici charitatem, profano ore quasi insaniendo stultissime locutus est: « Quid mihi prodest charitas illius episcopi, quia ille signa facere non potest plusquam unus canis? » Illo verbo emisso, diabolo concessus loquelam hominis amisit, et more canis furendo sonare coepit, et ganniendo atque latrando, parvo tempore evoluto, heu! miserabiliter vitam finivit.

XIII

In civitate Augusta quidam faber Herevuns vocatus, longo tempore magna infirmitate totius corporis detentus, ita ut ambulare non posset nisi aliis adjuvantibus, et interdum cum duobus sustentaculis sustentatus, prope terratenus inclinato capite ad necessaria corporis vix pervenit. Qui cum audisset multos infirmos ad sepulcrum sanctum saepe sanari, coepit illuc ultra vires repere, et mane diluculo de mansione sua exire, et illuc ante horam diei tertiam vix pervenire. Cumque hoc frequenter fecisset, quodam tempore in Quadragesima, die Veneris. cum ad portam, cui capella sancti Michaelis est superposita, veniret, ultra modum lassus et universis viribus destitutus subsistit, dicens: « Domine Deus, Pater omnipotens, cognoscere dignare quanta infirmitate nunc istum adii locum, et per merita sancti confessoris tui Udalrici miserere mei, » et aliquantulum pausatus repsit usque ad sepulcrum.

Finita ibi oratione, dum acceptis sustentaculis adjuvante comite suo surgere voluisset, unum sustentaculum in pavimento lapsum est, et ipse ad terram iterum dejectus est, et in dejectione genua ejus retro in contractione nervorum more fractorum malleorum sonitum fecerunt, et crura per pavimentum extensa sunt. Comes autem illius cum solito more eum levare voluisset, dixit illi: « Exspecta paulisper; ut mihi videtur, ex me ipso surgere possum et ambulare. » His dictis, dimissis in pavimento sustentaculis, surexit et rambulavit. Qui statim ibi accepta cruce, clericis caeterisque civibus cum eo comitantibus, sine baculo potenter ad Sanctam Mariam in Augustam civitatem perambulavit, ibique Dei laudibus in commune peractis, eadem hora ad Sanctam Afram crucem portando regressus est.

Después hizo un voto al sepulcro de san Ulrico y, por don de Dios, recobró la salud; y desde entonces pedía con frecuencia a otros que bebieran la caridad que antes había despreciado.

XII

En la dicha aldea de Eitingen, un día en que muchos de la servidumbre se habían reunido para beber juntos, había entre ellos uno llamado Walterich, discípulo de Wicfrido, preboste de Santa Afra, el cual, al oír que allí pedían la caridad del santo obispo Ulrico, habló de manera necísima con boca profana, como enloquecido: «¿De qué me sirve la caridad de ese obispo, si no puede hacer más signos que un perro?» Apenas pronunció aquella palabra, entregado al diablo, perdió el habla humana y comenzó a emitir sonidos, enfurecido a la manera de un perro; y gañendo y ladrando, al cabo de poco tiempo, ¡ay!, terminó miserablemente su vida.

XIII

En la ciudad de Augsburgo, un herrero llamado Herevuns estuvo retenido largo tiempo por una gran enfermedad de todo el cuerpo, de modo que no podía andar sino ayudado por otros; y a veces, sostenido por dos muletas, con la cabeza inclinada casi hasta el suelo, a duras penas llegaba a atender las necesidades del cuerpo. Al oír que muchos enfermos sanaban con frecuencia en el santo sepulcro, comenzó a arrastrarse hasta allí más allá de sus fuerzas, saliendo de su casa al alba y llegando allí a duras penas antes de la hora tercia del día. Cuando lo había hecho muchas veces, en cierta ocasión, en Cuaresma, un viernes, al llegar a la puerta sobre la que está construida la capilla de san Miguel, se detuvo, cansado sobremanera y privado de todas sus fuerzas, diciendo: «Señor Dios, Padre omnipotente, dígnate ver con cuánta debilidad he llegado ahora a este lugar, y por los méritos de tu santo confesor Ulrico ten misericordia de mí»; y después de descansar un poco, se arrastró hasta el sepulcro.

Terminada allí su oración, cuando, tomando sus muletas, quiso levantarse con la ayuda de su compañero, una muleta resbaló en el pavimento y él cayó de nuevo al suelo; y al caer, sus rodillas, encogidas hacia atrás por la contracción de los nervios, crujieron como mazos que se rompen, y sus piernas se extendieron sobre el pavimento. Cuando su compañero quiso levantarlo como de costumbre, le dijo: «Espera un poco; me parece que puedo levantarme y andar por mí mismo.» Dicho esto, dejando las muletas en el pavimento, se levantó y anduvo. Al instante tomó allí una cruz y, acompañado por los clérigos y los demás ciudadanos, caminó con vigor y sin bastón hasta Santa María, en la ciudad de Augsburgo; y cantadas allí en común las alabanzas de Dios, regresó en esa misma hora a Santa Afra llevando la cruz.

XIV

Nativus quidam pauper de oppido quod dicitur Messlinga, Hiltibaldus nomine, caecitate perculsus est, et in illa caecitate duos annos perduravit: tertio autem anno, quidam homines de eodem pago pergere decreverunt ad Augustam civitatem causa orationis; qui invenerunt eum in eodem itinere cum duce suo victum per oppida quaerentem, et dixerunt ei: « Perge nobiscum ad Augustam civitatem et ad sepulcrum sancti Udalrici, forsitan ibi misericordiam consequi poteris. » Quibus ille respondit: « Stipendia mihi et ductori meo, et oblationes ad illa sancta loca deferendum non habeo. » Qui respondentes, dixerunt: « Si nobiscum ieris, quantum possumus auxiliatores tui sumus. » Quorum consentiens suasionibus cum eis perrexit ad Augustam, et eadem nocte juxta sanctum sepulcrum foris ecclesiam diem exspectavit futurum. Mane autem facto, infra ecclesiam ad sepulcrum deductus devote oravit, et antea amissum lumen oculorum, gratia Dei donante, recepit, levataque cruce, comitante cum eo magna multitudine populi, ad Sanctam Mariam pervenit, et qualiter sit illuminatus, civibus suis ei testimonium dantibus recitavit.

XV

Quodam tempore cum sanctus episcopus ad synodum Ottonis imperatoris in Inglunheim congregatam pergeret, quidam pauper de oppido Affelterbach, Rudpret vocatus, juxta viam ei conjunctus est, ilia sua de ventre prolapsa in loco umbilici portans in sinu suo: cumque ea aperto sinu episcopo ostenderet, praecepit ei denarium dari et dixit illi: « In pace Dei perge. » Qui non multo post tempore, meliorari de die in diem coepit, et sanato ventre de praedicta infirmitate liberatus est. Postea autem idem ipse claudus factus est, ita ut nisi scamellis sustentatus ambulare potuisset, utilitate etiam dextrae manus in lineamentis totus privatus est. Hac infirmitate cum quatuor annis detentus mansisset, desideravit venire ad sepulcrum sancti Udalrici, et comparavit ceram quam secum ad sepulcrum deferret; comparata autem cera virtus ei in sustentaculis baculorum, dimissis scamellis ambulandi concessa est. Illuc autem taliter cum perveniret, manus ejus et genua sanitati restituta munia sua receperunt, ita ut idem homo sine sustentaculis erectus gradiens tripudiando rediret.

XVI

De regno etiam Lotharii quidam Lutericus qui multo tempore luce oculorum caruit, ad sanctum sepulcrum venit, et orationibus peractis visum clarum recepit.

XIV

Un pobre siervo de nacimiento, de la villa llamada Messlinga, de nombre Hiltibaldo, fue herido de ceguera y permaneció en aquella ceguera dos años; y al tercer año, unos hombres del mismo distrito decidieron ir a la ciudad de Augsburgo a orar, y en ese mismo camino lo encontraron con su lazarillo, buscando el sustento de pueblo en pueblo, y le dijeron: «Ven con nosotros a la ciudad de Augsburgo y al sepulcro de san Ulrico; quizá allí puedas alcanzar misericordia.» Él les respondió: «No tengo provisiones para mí y mi lazarillo, ni ofrendas que llevar a esos santos lugares.» Ellos respondieron: «Si vienes con nosotros, te ayudaremos cuanto podamos.» Accediendo a sus ruegos, fue con ellos a Augsburgo, y aquella noche esperó el día siguiente fuera de la iglesia, junto al santo sepulcro. Llegada la mañana, conducido dentro de la iglesia hasta el sepulcro, oró con devoción, y por don de la gracia de Dios recobró la luz de los ojos que antes había perdido; y levantando una cruz, acompañado por una gran multitud de pueblo, llegó a Santa María y refirió cómo había recibido la vista, dando testimonio en su favor sus paisanos.

XV

En cierta ocasión, cuando el santo obispo iba al sínodo del emperador Otón reunido en Ingelheim, un pobre de la villa de Affelterbach, llamado Rudpret, se le unió junto al camino llevando en el regazo sus entrañas, que se le habían salido del vientre por el ombligo; y cuando, abriendo el regazo, se las mostró al obispo, este mandó que le dieran un denario y le dijo: «Ve en la paz de Dios.» Poco tiempo después comenzó a mejorar de día en día, y, sanado el vientre, quedó libre de dicha enfermedad. Pero después este mismo hombre quedó cojo, de modo que no podía andar sino sostenido por unos banquillos, y perdió además por completo el uso de las articulaciones de la mano derecha. Después de estar retenido cuatro años por esta enfermedad, deseó ir al sepulcro de san Ulrico y compró cera para llevarla consigo al sepulcro; y comprada la cera, se le concedió la facultad de andar apoyado en bastones, dejando los banquillos. Y cuando llegó allí de este modo, su mano y sus rodillas recobraron la salud y volvieron a cumplir sus funciones, de modo que el mismo hombre regresó caminando erguido sin apoyos y saltando de alegría.

XVI

También del reino de Lotario un tal Luterico, que durante mucho tiempo había carecido de la luz de los ojos, vino al santo sepulcro, y terminadas sus oraciones recobró una vista clara.

XVII

Clericus quidam, qui in Augusta civitate studio discendi saepe inter scholares morabatur, cum ad propinquos suos reverteretur, mutus effectus est: cumque ab eis ad sepulcrum sanctum deductus fuisset, emissis de ore suo duobus denariis super sepulcrum, loquelam quam amisit, recepit.

XVIII

Caecus quidam cum valde parvulo ductore ad sanctum locum hiemali tempore studuit pergere: qui cum Smutturam fluvium transgrederetur, et ad longum rivulum de fonticulis congregatum super viam decurrentem veniret, ductor ejus ei auxilium praebere non potuit, sed de frigore et lassitudine defectis viribus cecidit. Caecus autem, ductore cadente, magna cura et tristitia per decursum rivuli cum baculo undique palpando ambulavit, et magna voce clamando ad sanctam Mariam et sanctam Afram, et ad sanctum servum Dei Udalricum, adjutorium et misericordiam sibi dari intenta mente flagitavit. Cumque sic palpando et clamando pene usque ad finem rivuli perveniret, Dei donante clementia, subito apertis oculis lumen aspexit, et regrediens ductorem suum levavit, et usque ad sanctum sepulcrum, omnipotentem Deum et sanctos suos laudando, portavit, ibique manifeste clericis et omnibus praesentibus quae ei in via acciderant, recitavit.

XIX

Fuit quaedam matrona in Francorum provincia praedives et nobilis, quae arrepta a diabolo nimie laborabat; ad cujus ereptionem quinque episcopi cum aliis plurimis convenerunt. Qui cum diabolum orationibus et conjurationibus arctarent ut obsessum corpus dimitteret, clamans et ejulans, dixit: « Nisi aliquid de rebus episcopi Udalrici huc venerit, propter vestrum praeceptum possessum vas non dimitto. » Cumque iterum atque iterum eadem responsa iteraret, aestimare coeperunt ut legatos ad Augustam mitterent, ut aliquid acquirerent de rebus episcopi. Interim vero cum haec inter se arbitrarentur, clamavit diabolus per os matronae: « Vae mihi! vae mihi! hic in vicinitate est presbyter unus qui habet humerale quod fuit praefati episcopi: » quamvis non sponte, sed Deo jubente, nominavit presbyterum et locum ubi habitavit. Cumque accersitus presbyter cum humerali veniret, antequam domum intraret, daemon dixit: « Vae! vae! nunc venit humerale episcopi. » His dictis clamando et dolendo corpus matronae valde fatigatum reliquit.

XVII

Un clérigo que, por afán de aprender, solía permanecer en la ciudad de Augsburgo entre los escolares, al volver con sus parientes quedó mudo; y cuando ellos lo llevaron al santo sepulcro, dejó caer de su boca dos denarios sobre el sepulcro y recobró el habla que había perdido.

XVIII

Un ciego se propuso ir al santo lugar en tiempo de invierno con un lazarillo muy pequeño; y cuando hubo cruzado el río Schmutter y llegó a un largo arroyuelo, formado por pequeñas fuentes, que corría sobre el camino, su lazarillo no pudo prestarle ayuda, sino que, faltándole las fuerzas por el frío y el cansancio, cayó. Caído el lazarillo, el ciego, con gran angustia y tristeza, caminó a lo largo del arroyuelo tanteando por todas partes con su bastón, y clamando a grandes voces a santa María y a santa Afra, y al santo siervo de Dios Ulrico, suplicaba con toda su alma que se le diera ayuda y misericordia. Y cuando, tanteando y clamando así, había llegado casi al final del arroyuelo, por don de la clemencia de Dios se le abrieron de repente los ojos y vio la luz; y volviendo atrás, levantó a su lazarillo y lo llevó hasta el santo sepulcro, alabando a Dios omnipotente y a sus santos; y allí refirió abiertamente a los clérigos y a todos los presentes lo que le había sucedido en el camino.

XIX

Había en la provincia de los francos una matrona riquísima y noble que, poseída por el diablo, sufría sobremanera; para su liberación se reunieron cinco obispos con muchísimos otros. Cuando apremiaban al diablo con oraciones y conjuros para que dejara el cuerpo poseído, gritando y aullando, dijo: «Si no viene aquí algo de las cosas del obispo Ulrico, no dejaré por mandato vuestro el vaso que poseo.» Y como repetía una y otra vez la misma respuesta, comenzaron a pensar en enviar legados a Augsburgo para conseguir algo de las cosas del obispo. Entretanto, mientras deliberaban esto entre sí, el diablo gritó por boca de la matrona: «¡Ay de mí! ¡Ay de mí! Aquí cerca hay un presbítero que tiene un amito que fue del dicho obispo»; y, no de grado, sino por mandato de Dios, nombró al presbítero y el lugar donde vivía. Y cuando el presbítero, llamado, venía con el amito, antes de que entrara en la casa, el demonio dijo: «¡Ay! ¡Ay! Ya viene el amito del obispo.» Dicho esto, gritando y doliéndose, dejó el cuerpo de la matrona, que quedó extenuado.

Interrogatus autem presbyter unde ei humerale veniret, respondens dixit: « Episcopus aliquando ad regale colloquium pergendo, ad nostram ecclesiam venit, et nos sibi missam cantare rogavit, cumque alba nos indui sine humerali velle videret, dixit: « Ubi est vestrum humerale? » Cui ego respondi: Non habeo humerale. Tunc ille istud humerale jussit mihi donari. » Matrona autem a daemonio liberata, et sensui sanitatique restituta, tota vestimenta sua, quibus eo die induebatur, cum caligis et calceamentis ad sepulcrum sancti Udalrici per nuntios misit; quibus etiam praecepit ut ibi nuntiarent qualiter, Domino concedente, per ejus merita est liberata. Wicfredus ejusdem loci praepositus, qui etiam et custos ecclesiae eo tempore mansit, de froco ejusdem matronae dalmaticam fieri fecit, et alia ejus vestimenta, sicut congruum fuit, ad Dei servitium composuit, ut hoc signum misericordiae Dei frequentius posteris in recordatione maneret.

XX

In regione Sclavorum, filius Wolezlawi ducis in valetudinem incedit, et in tantam infirmitatem deductus est, ut pater ejus et mater caeterique praesentes amici praesentem vitam eum ulterius habere posse desperarent. Cumque pater in his angustiis versaretur, admonitus est de matre pueri et de aliis quibus notum fuit quam multipliciter multi per merita sancti Udalrici de diversis angustiis liberati essent; continuo votum vovit, si filius ejus ad vitam rediret, ut missis legatis sepulcrum sancti Udalrici cum oblationibus visitaret. Eodem vero die filius ducis conversus ad vitam, consolationem patri non minimam obtulit. Qui cognoscens misericordiam Dei in filio, nuntios statim mittere et votum ejus implere studuit. Qui venientes ad sepulcrum obtulerunt V libras argenti et aureos quamplurimos, et de cera quantum unus fortis saumarius portare potuit; mater etiam pueri seorsum aureorum denariorum bonam partem pro filio misit. Legati etiam altare Sanctae Mariae cum auro et aliis oblationibus, sicut eis praeceptum est, devote visitaverunt, similiter et altare Sanctae Afrae, et narraverunt pro qua re missi sunt, dicentes antequam ipsi exirent de sua provincia, ut filium domini sui ambulantem et sanum dimitterent.

XXI

Preguntado el presbítero de dónde le venía el amito, respondió: «Una vez, yendo el obispo a una asamblea real, vino a nuestra iglesia y nos pidió que le cantáramos la misa; y cuando vio que queríamos revestirnos del alba sin amito, dijo: "¿Dónde está vuestro amito?" Yo le respondí: "No tengo amito." Entonces él mandó que se me diera este amito.» La matrona, librada del demonio y restituida al juicio y a la salud, envió por medio de mensajeros al sepulcro de san Ulrico todos los vestidos que llevaba aquel día, con sus calzas y su calzado; y les mandó también que anunciaran allí cómo, por concesión del Señor, había sido librada por sus méritos. Wicfrido, preboste de aquel lugar, que en aquel tiempo era también guardián de la iglesia, hizo hacer una dalmática con la saya de la matrona, y dispuso sus demás vestidos, como convenía, para el servicio de Dios, a fin de que esta señal de la misericordia de Dios quedara más a menudo en el recuerdo de la posteridad.

XX

En la región de los eslavos, el hijo del duque Boleslao cayó enfermo y llegó a tal debilidad que su padre y su madre y los demás amigos presentes desesperaban de que pudiera conservar por más tiempo la vida presente. Estando el padre en estas angustias, fue advertido por la madre del niño y por otros que sabían de cuántas maneras muchos habían sido librados de diversas angustias por los méritos de san Ulrico; y al punto hizo voto de que, si su hijo volvía a la vida, enviaría legados a visitar el sepulcro de san Ulrico con ofrendas. Ese mismo día el hijo del duque volvió a la vida y dio a su padre no pequeño consuelo. Él, reconociendo la misericordia de Dios en su hijo, procuró enviar en seguida mensajeros y cumplir su voto. Ellos, llegados al sepulcro, ofrecieron cinco libras de plata y muchísimas monedas de oro, y tanta cera como podía cargar una fuerte acémila; y también la madre del niño envió aparte por su hijo una buena cantidad de denarios de oro. Los legados visitaron también con devoción el altar de Santa María con oro y otras ofrendas, como se les había mandado, y asimismo el altar de Santa Afra, y contaron por qué habían sido enviados, diciendo que antes de salir de su provincia habían dejado al hijo de su señor andando y sano.

XXI

Alio quoque tempore quidam dux Vandalorum Misicho cum sagitta toxicata in brachio vulneratus est. Qui cum sentiret sese veneno nocivo esse percussum, et sibi imminere mortis interitum eadem hora putaret, cum magna fide et constantia votum vovit, ut brachium argenteum cum manu, quantocius potuisset, ad sanctum Udalricum mittere non differret. Qui statim post votum relevatus a periculo ad domum suam rediit, et brachium secundum suum votum componere praecepit. Cumque fabri brachium fabricare coepissent, et manum in eo fingerent, dux continuo de imminenti periculo liberatus surrexit, Deum laudans qui eum per merita sui sancti episcopi de mortis periculo liberavit, votum suum perficiens, mittendo brachium cum manu ad viri sancti sepulcrum.

XXII

Quaedam mulier de Curiensi Retia, relicto proprio marito, cuidam viro de pago Albegewe, Durinc vocato, in matrimonium juncta est. Cumque cum illo aliquantulum temporis maneret, a daemonio obsessa est, et ab eo nimie vexabatur. Quae cum in multis sanctis locis liberationis suae adjutorium quaereret et non inveniret, consilium accepit ut ad sepulcrum sancti episcopi Udalrici veniret; quod et fecit. Cumque appropinquaret Augustae civitati, et ecclesiam sanctae Afrae bene aspicere potuisset, clamans et fremens cecidit in terram, et facta est quasi mortua. Praefatus autem Durinc cum comitantibus sibi studuit levare eam; levata autem, reddito sensu, a daemonio est liberata.

XXIII

Eleemosynaria quaedam Abrahami Frisingensis episcopi civitatis, de villa quae dicitur Camera, cui maxilla pectori fuit inserta, et loquela in toto negata, cui etiam manus brachiis replicatae et conglutinatae erant, ut figurae digitorum vix cognosci potuissent, cum veniret ad sanctum sepulcrum, et inde revertendo super pontem Lici fluminis ambularet, quidam homo ei obvius venit et interrogavit eam unde pergeret; cui illa respondere non potuit, sed vertebat se inclinando ad ecclesiam sanctae Afrae, ut ei monstraret unde pergeret: cum autem se ad illam verteret, maxilla de pectore solvebatur, et loquela ei ad respondendum concessa est.

XXIV

En otra ocasión, un duque de los vándalos, Mieszko, fue herido en el brazo por una flecha envenenada. Al sentir que había sido herido con un veneno dañino, y pensando que la muerte le amenazaba en esa misma hora, hizo con gran fe y constancia el voto de no tardar en enviar a san Ulrico, lo antes que pudiera, un brazo de plata con su mano. Inmediatamente después del voto, aliviado del peligro, volvió a su casa y mandó hacer el brazo conforme a su voto. Y cuando los orfebres comenzaron a fabricar el brazo y modelaban en él la mano, el duque, librado al instante del peligro que le amenazaba, se levantó, alabando a Dios, que por los méritos de su santo obispo lo había librado del peligro de muerte, y cumplió su voto enviando el brazo con la mano al sepulcro del santo varón.

XXII

Una mujer de la Retia de Coira, abandonando a su propio marido, se unió en matrimonio a un hombre del distrito de Albegewe llamado Durinc. Y cuando llevaba algún tiempo con él, fue poseída por un demonio y atormentada por él sobremanera. Como buscó en muchos lugares santos ayuda para su liberación y no la halló, recibió el consejo de ir al sepulcro del santo obispo Ulrico; y así lo hizo. Y cuando se acercaba a la ciudad de Augsburgo y pudo ver bien la iglesia de Santa Afra, cayó en tierra gritando y bramando, y quedó como muerta. El dicho Durinc, con sus acompañantes, procuró levantarla; y una vez levantada, recobró el sentido y quedó libre del demonio.

XXIII

Una pobre que vivía de las limosnas de Abraham, obispo de la ciudad de Frisinga, de la aldea llamada Camera, que tenía la mandíbula pegada al pecho y el habla del todo negada, y además las manos dobladas hacia los brazos y adheridas a ellos, de modo que apenas podía distinguirse la forma de los dedos, vino al santo sepulcro; y cuando, de regreso, caminaba por el puente del río Lech, un hombre le salió al encuentro y le preguntó de dónde venía; ella no pudo responderle, sino que se volvió inclinándose hacia la iglesia de Santa Afra, para mostrarle de dónde venía; y al volverse hacia ella, la mandíbula se le soltó del pecho y se le concedió el habla para responder.

XXIV

Quidam caecus cum perveniret cum ductore suo ad fluvium qui dicitur Vindex, interrogavit eum si adhuc videre potuisset civitatem et monasterium. Cumque audiret in proximo fuisse sanctum locum, abstrahere sibi fecit caligas et calceamenta, ut nudie illuc perveniret pedibus; ductor autem ejus, raptis calceamentis et aliis rebus ejus, furtive recessit ab eo, qui aestimans ut pro aliqua necessitatis causa oppidum juxta situm intraret, et statim sibi in adjutorium rediret. Cumque diu exspectaret, vociferando eum nominare coepit ut veniret. Interim etiam quaesivit zabernas et calceamenta, et non invenit. Tunc persensit a ductore suo se esse despoliatum; flendo et orando clamare coepit ad sanctam Mariam matrem Domini, et ad sanctam Afram, et ad sanctum Udalricum, ut sibi aliquod consolationis supplementum eveniret. In hac cum prolixae afflictionis tribulatione laboraret, subito ignotum conspexit oculis lumen, et statim crucicula de viminibus facta eumdem denotavit locum, et tunc laetus destinata visitavit loca, gratias omnipotenti Deo et sanctis ejus agens pro perceptione luminis; cives autem de Hovarchusa in eodem loco ubi cruciculam monstratam invenerunt, majorem crucem pro signo posuerunt.

XXV

Quodam tempore cum populus curreret undique ad Augustam in vigilia nativitatis sanctae Mariae, ut sanctum diem ibi solemniter celebrarent, quaedam mulier inter alios cum puerulo suo parvulo studuit et illuc venire, ut illum ad sepulcrum sancti Udalrici cum oblationibus ibi praeponderaret pro sua sospitate. Cumque super pontem Vindicis carpento superpositum puerulum cum aliis rebus ducere voluisset, pro inaequalitate pontis carpento inclinato, puerulus cecidit in amnem, qui pro nimia illuvie vehementer elevatus, universis super eum meantibus exitium minitavit. Cumque mater tristissima in perniciem sui in amnem post puerum cadere voluisset, et vix a circumstantibus comprehensa teneretur, populi in utraque parte fluminis in ripa festinaverunt in adjutorium infantis. Qui cum a nemine eorum adjuvari potuisset, flumine submersus ab oculis omnium occultabatur. Mater autem ab amne vi abducta, et quantum possibile fuit consolatione recepta, flendo et lamentando adjutorium sanctissimae Dei genitricis Mariae imprimis quaesivit, et postea ad sepulcrum sancti Udalrici cum oblationibus quas antea pro sospitate filii sui illuc deferre decrevit, et eas pro requie animae pueruli cum bona fide donavit.

Un ciego, al llegar con su lazarillo al río llamado Wertach, le preguntó si podía ver ya la ciudad y el monasterio. Y al oír que el santo lugar estaba cerca, se hizo quitar las calzas y el calzado para llegar allí descalzo; pero su lazarillo, arrebatándole el calzado y sus demás cosas, se alejó de él a escondidas; y el ciego pensaba que había entrado en la villa cercana por alguna necesidad y que volvería en seguida a ayudarlo. Y como esperaba largo tiempo, comenzó a llamarlo a gritos por su nombre para que viniera. Entretanto buscó también sus alforjas y su calzado, y no los encontró. Entonces se dio cuenta de que su lazarillo lo había despojado; llorando y orando, comenzó a clamar a santa María, Madre del Señor, a santa Afra y a san Ulrico, para que le llegara algún socorro de consuelo. Y mientras padecía la tribulación de esta prolongada aflicción, de repente vio con sus ojos una luz desconocida para él, y al instante señaló aquel lugar con una crucecita hecha de mimbres; y entonces visitó contento los lugares a los que se dirigía, dando gracias a Dios omnipotente y a sus santos por haber recibido la vista; y los vecinos de Hovarchusa, en el mismo lugar donde encontraron la crucecita indicada, pusieron como señal una cruz mayor.

XXV

En cierta ocasión, cuando el pueblo acudía de todas partes a Augsburgo en la vigilia de la Natividad de santa María para celebrar allí solemnemente el santo día, una mujer, entre otros, se propuso ir allá con su hijito pequeño, para pesarlo junto al sepulcro de san Ulrico contra ofrendas por su salud. Y cuando quiso llevar por el puente del Wertach al niño, puesto sobre un carro con otras cosas, al inclinarse el carro por la desigualdad del puente, el niño cayó al río, que, muy crecido por una gran riada, amenazaba con la perdición a todos los que pasaban sobre él. Y cuando la madre, tristísima, quiso arrojarse al río tras el niño para su propia perdición, y a duras penas la sujetaban los presentes, las gentes de una y otra orilla del río se apresuraron por la ribera en auxilio del niño. Pero como ninguno de ellos pudo ayudarlo, sumergido en el río, desapareció de la vista de todos. La madre, apartada del río por la fuerza y consolada en lo posible, con llanto y lamentos buscó primero la ayuda de María, santísima Madre de Dios, y después fue al sepulcro de san Ulrico con las ofrendas que antes había decidido llevar allí por la salud de su hijo, y las entregó de buena fe por el descanso del alma del niño.

Sequenti vero nocte cum triste corpus mulieris sopor occuparet, quidam valde venerabilis senex, in vestitu episcopali, apparuit ei, dicens: « Poenitet ne te, mulier, valde infantulus tuus? » Quae respondit: « Etiam, domine. » Cui ille: « Mane diluculo, inquit, vade ad fluvium, et ubi ultima vice in amne videretur, quaere eum in ripa fluminis inter frutices. » Quae expergefacta venturum cras vix exspectans cum adjuvantibus sibi ripam fluminis adiit, et secundum verbum sancti viri infantem suum sanum et incolumem invenit. Tunc laeta Deum laudans rediit, et rem gestam in civitate et ubique recitavit.

XXVI

Quidam vero homo juxta Danubium, cum cunctus populus sua sponte natalitium sancti Udalrici solemniter celebraret, fenum cum rastellis congregavit in cumulos, diem sanctum spernendo. Qui cum altera die cum plaustris veniret, ut hoc in fenarium suum duceret, exterius formosum invenit; cum autem bibenti ligno interius tangeret, totum in favillas immutatum invenit, et diem sanctum quem antea celebrare noluit, postea prae timore contemnere non audebat.

XXVII

Eodem vero tempore ancilla cujusdam matronae, Gerbirc nuncupatae, telum suum, dum in texendo laboraret, subitus dolor coepit contrahere manus ejus; quod cum lamentando aliis diceret, responderunt ei: « Depone texile ferrum, quia pro reatu hodierni operis hic labor tibi accidit; » quae vix manibus de ferro absolutis lectum intravit. Cumque ibi requiem non haberet, prae contractione manuum, conservae ejus nuntiaverunt dominae suae: illa vero praecepit ut mane diluculo duceretur pro liberatione sua ad sepulcrum sancti Udalrici. Cumque in itinere lassae circa horam nonam in planitie Lechfeldici campi ad reficienda corpora consedissent, dolor coepit minui in manibus laborantis, ita ut antequam de ipso loco surgerent, usui prioris rectitudinis redderentur. Quae tunc laetae pervenerunt ad praedestinatum locum, et inde in civitatem ad ecclesiam sanctae Mariae genitricis Dei. Post vesperam venientes, haec, sicuti gesta sunt, nobis annuntiaverunt, et laetae ad propria redierunt.

XXVIII

La noche siguiente, cuando el sueño se apoderó del afligido cuerpo de la mujer, se le apareció un anciano muy venerable con vestidura episcopal, que le dijo: «Mujer, ¿te duele mucho tu hijito?» Ella respondió: «Sí, señor.» Él le dijo: «Mañana al alba ve al río, y donde se le vio por última vez en el agua, búscalo en la orilla del río entre los matorrales.» Ella, al despertar, esperando a duras penas a que llegara el día siguiente, fue con quienes la ayudaban a la orilla del río, y, según la palabra del santo varón, encontró a su niño sano y salvo. Entonces volvió contenta alabando a Dios, y contó lo sucedido en la ciudad y en todas partes.

XXVI

Un hombre que vivía junto al Danubio, mientras todo el pueblo celebraba solemnemente y por propia iniciativa la fiesta de san Ulrico, juntó el heno en montones con rastrillos, despreciando el santo día. Cuando al día siguiente llegó con carros para llevarlo a su henil, lo encontró hermoso por fuera; pero cuando tocó el interior con una horca de madera, lo halló todo convertido en ceniza; y el santo día que antes no había querido celebrar, después, por temor, no se atrevía a despreciarlo.

XXVII

En ese mismo tiempo, una criada de cierta matrona llamada Gerbirc estaba trabajando en su tela, tejiendo, cuando un dolor repentino comenzó a contraerle las manos; y cuando, lamentándose, se lo dijo a las demás, le respondieron: «Deja el hierro del telar, porque este padecimiento te ha venido por la culpa del trabajo de hoy»; y ella, soltando a duras penas las manos del hierro, se metió en la cama. Y como allí no hallaba descanso por la contracción de las manos, sus compañeras de servicio se lo comunicaron a su señora; y ella mandó que a la mañana siguiente, al alba, la llevaran al sepulcro de san Ulrico para su liberación. Y cuando, cansadas en el camino, hacia la hora nona, se sentaron en la llanura del Lechfeld para reponer fuerzas, el dolor comenzó a menguar en las manos de la que sufría, de modo que, antes de que se levantaran de aquel lugar, sus manos recobraron el uso de su anterior rectitud. Entonces llegaron contentas al lugar al que se dirigían, y de allí a la ciudad, a la iglesia de santa María, Madre de Dios. Llegadas después de Vísperas, nos contaron estas cosas tal como habían sucedido, y volvieron contentas a su casa.

XXVIII

Nobilis quaedam matrona de Burgundionum provincia, dum decrevisset pergere ad Augustam civitatem causa orationis, quemdam claudum eleemosynarium praecepit comitari secum; cujus caballum duobus ministris suis commendavit, ut pedes ejus, sicuti mos est pergentibus, ferro munirent. Qui fraudulenter pedes caballi cum clavis vulneraverunt, ne delator eorum in itinere actuum suorum pro fidelitate dominae suae, sicut solitus erat, maneret. Dixeruntque claudo: « Caballus tuus claudicat, et ideo hic te necesse est remanere. » Quibus claudus respondens dixit: « Quamvis caballus claudicet, tamen non consentio hic me remanere; qui omnia potest Deus omnipotens, etiam me valet, sicut sibi placet, ad loca perducere destinata. » Cumque cum aliis pergere coepisset, sano et apto caballo ad Augustam pervenit. Cumque ibi ad sepulcrum sancti Udalrici devotam orationem prolongaret, et firma fide pro sospitate sua clementiam Dei imploraret, in praesentia multorum sanitati redditus est. Hoc videntes praefati homines qui impedire iter ejus in caballo voluerunt, ceciderunt terratenus, confitentes clericis caeterisque qui in praesentia aderant delicta sua, veniam postulantes, quod eum claudum impedire voluerunt ne perveniret ad locum, ubi Dominus per merita sancti Udalrici eum sanare dignatus est. Et accepta poenitentia secuti sunt claudum sanatum crucem portantem, uterque saxum tantae magnitudinis portans quantum levare potuit, usque in ecclesiam sanctae Dei Genitricis Mariae, quae est sita in civitate; ibique peccata sua lamentabantur multum cum lacrymis veniam postulantes. Cumque hoc signum in praesentia omnium recitatum fuisset, clerici Te Deum laudamus, et populi Kyrie eleison cantantes, gratias et laudes Deo referebant.

XXIX

Quidam homo juvenis, cujusdam filius comitis, tanta infirmitate est detentus, ut nec in lecto nisi ab aliis adminiculatus in aliud se vertere potuisset latus, nec cibum multo tempore valeret accipere, nisi paucis oblatis refocillaretur. Cum vero immani labore fatigaretur, a fidelibus suis in lecto ad sepulcrum sancti Udalrici deductus est, oblationibus oblatis lacrymabiliter ibi misericordiam deprecatus est. Cumque eum in lecto ad Sanctam Mariam portare coepissent, in medietate viae coepit rogare portantes ut deponeretur ad ambulandum. Qui non credentes eum posse ambulare, noluerunt deponere. Ad portam vero civitatis iterum rogavit ut deponeretur, dicens se posse ambulare. Qui iterum ei non consenserunt. Ad gradus vero atrii ecclesiae cum perveniret, in nomine Dei omnipotentis, omnes in commune flagitavit ut, deposito lecto, eum ambulare dimitterent. Ipsi autem in fide haesitantes petitioni ejus assensum non dederunt. Ille autem ut cognovit infirmitatem ab eo esse separatam, et virtutem nutu Dei concessam, exsilivit de lectulo, et inde strenuo gressu ad ecclesiam pervenit, et sospes ad propria rediit.

Una noble matrona de la provincia de los borgoñones, habiendo decidido ir a la ciudad de Augsburgo a orar, mandó que la acompañara un cojo que vivía de sus limosnas; y encomendó el caballo de este a dos de sus servidores para que le herraran los cascos, como es costumbre para los que van de viaje. Ellos, con engaño, hirieron con los clavos los cascos del caballo, para que en el camino no fuera, como solía, delator de sus acciones por fidelidad a su señora. Y dijeron al cojo: «Tu caballo cojea, y por eso tienes que quedarte aquí.» El cojo les respondió: «Aunque el caballo cojee, no consiento en quedarme aquí; Dios omnipotente, que todo lo puede, puede también llevarme, como le plazca, a los lugares adonde me dirijo.» Y cuando emprendió el camino con los demás, llegó a Augsburgo con el caballo sano y apto. Y mientras prolongaba allí su devota oración junto al sepulcro de san Ulrico e imploraba con fe firme la clemencia de Dios por su salud, recobró la salud en presencia de muchos. Al ver esto, los dichos hombres, que habían querido impedirle el viaje por medio del caballo, cayeron en tierra, confesando sus faltas a los clérigos y a los demás que estaban presentes, y pidiendo perdón por haber querido impedir al cojo que llegara al lugar donde el Señor, por los méritos de san Ulrico, se dignó sanarlo. Y recibida la penitencia, siguieron al cojo sanado, que llevaba una cruz, cargando cada uno una piedra tan grande como podía levantar, hasta la iglesia de santa María, Madre de Dios, que está en la ciudad; y allí lamentaban mucho sus pecados, pidiendo perdón con lágrimas. Y cuando se hubo referido este signo en presencia de todos, cantando los clérigos el Te Deum laudamus y el pueblo el Kyrie eleison, tributaban a Dios acciones de gracias y alabanzas.

XXIX

Un hombre joven, hijo de cierto conde, estaba retenido por una enfermedad tan grande que ni siquiera podía volverse en el lecho del otro lado si no lo ayudaban otros, ni pudo tomar alimento durante mucho tiempo, salvo que lo reanimaban con unos pocos bocados que le ofrecían. Agotado por tan terrible padecimiento, fue llevado por sus fieles en su lecho al sepulcro de san Ulrico, y allí, presentadas sus ofrendas, imploró misericordia con lágrimas. Y cuando comenzaron a llevarlo en su lecho a Santa María, a mitad de camino empezó a rogar a los que lo llevaban que lo bajaran para andar. Ellos, no creyendo que pudiera andar, no quisieron bajarlo. En la puerta de la ciudad volvió a rogar que lo bajaran, diciendo que podía andar. Tampoco esta vez se lo concedieron. Pero cuando llegó a las gradas del atrio de la iglesia, suplicó a todos juntos, en nombre de Dios omnipotente, que bajaran el lecho y lo dejaran andar. Pero ellos, vacilando en la fe, no accedieron a su petición. Pero él, cuando conoció que la enfermedad se había apartado de él y que se le había concedido vigor por voluntad de Dios, saltó del lecho, y de allí llegó a la iglesia con paso firme, y volvió sano a su casa.

Epilogus

Haec pauca praelibata miracula sufficiant studiosis ad bona exempla lectoribus, ita ut etiam tardis et segnibus nimii nausii fastidium non inculcent. Quomodo si coepero cuncta beneficia adeuntibus ad sepulcrum sancti Udalrici et inde revertentibus, vel juxta sepulcrum infirmis atque debilibus a Deo concessa sigillatim enumerare, nullius adjutorio nisi solius Dei, qui omnia potest, possum perficere. Ita tantum namque multiplicia sunt, ut sensibilitas humanae agilitatis dinumerare ea non possit. Quia quibusdam post vota devote peracta illuc cum oblationibus veniendi, statim, in laribus suis donata sunt. Quibusdam in itinere ad huc longe positis, quibusdam illuc appropinquantibus, quibusdam illuc pervenientibus, quibusdam inde redeuntibus compendiose adimplenda sunt. Quorum auditus bono rumore non solum propinquas, verum etiam longe sitas regiones advolavit, quod frequens frequentia adventantium undique populorum saepissime manifestat, indicans in istis locis in suis regionibus multa magnalia Dei per merita sancti Udalrici facta, quorum vera cognitio nos propter nostras necessitates ad ista loca veniendum incitavit.

His auditis, eia nos, qui inquilini hujus ecclesiae sumus, et tanti patroni faciem saepissime vidimus, et ejus doctrinam benedictionemque saepissime accepimus, et in eo optima exempla conspeximus, et nunc in retributionem ejus bonorum operum assidua miracula et diversa signa in liberatione multorum videmus et audimus, cur non expergiscimur, et taedium nostri desiderii non deponimus? Eum vero de quo loquimur quantum, Deo donante, possumus imitantes, ejus adjutorio iter rectitudinis ineamus, per quod pervenire mereamur ad eum qui in tribus personis in divinitatis aequalitate unus, incommutabilis, omnipotens Deus permanet sine fine in saecula saeculorum. Amen.

Epílogo

Basten estos pocos milagros aquí expuestos a los lectores deseosos de buenos ejemplos, de modo que no causen ni siquiera a los tardos y perezosos el hastío de un empacho excesivo. Porque si comenzara a enumerar uno por uno todos los beneficios concedidos por Dios a los que acuden al sepulcro de san Ulrico y regresan de allí, o a los enfermos y débiles junto al sepulcro, no podría acabarlo con la ayuda de nadie sino solo de Dios, que todo lo puede. Porque son tan numerosos que la capacidad de la agilidad humana no puede contarlos. Porque a algunos se les concedieron al instante, en sus propios hogares, después de haber hecho con devoción el voto de ir allí con ofrendas. A otros se les cumplieron en breve cuando todavía estaban lejos en el camino, a otros al acercarse, a otros al llegar, a otros al regresar de allí. Su fama ha volado con buen renombre no solo a las regiones vecinas, sino también a las lejanas, como lo manifiesta muy a menudo la frecuente afluencia de gentes que llegan de todas partes, cuando declaran aquí que en sus tierras se han obrado muchas maravillas de Dios por los méritos de san Ulrico, y que su verdadero conocimiento las ha movido a venir a estos lugares en sus necesidades.

Oído esto, ¡ea!, nosotros, que somos moradores de esta iglesia, que tantísimas veces vimos el rostro de tan gran patrono, que tantísimas veces recibimos su enseñanza y su bendición y contemplamos en él los mejores ejemplos, y que ahora, en recompensa de sus buenas obras, vemos y oímos continuos milagros y diversos signos en la liberación de muchos, ¿por qué no despertamos y no deponemos la desgana de nuestro deseo? Imitando cuanto podamos, por don de Dios, a aquel de quien hablamos, emprendamos con su ayuda el camino de la rectitud, por el cual merezcamos llegar a aquel que, en tres personas, en igualdad de divinidad, permanece uno, inmutable, Dios omnipotente, sin fin, por los siglos de los siglos. Amén.